Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0001-0

Commodo ... Exc...

Quotuplex transitio duplex pfecta et imperfecta

perfecta: qua repetit illa quae dicta sunt et infert dicenda.

Arma necessaria principii arma utilia sunt

satis de necessitate dicta sunt videamus quae inde

manent commoda

Imperfecta: quando ea non repetit prius sed p particula tra

nsit ad alias partes ut etenim ad haec vero quo

niam

Quando ulterius sensus ita connectit cum futuro ut

cohaereat,

Quid notandum in ea semper debent esse elegantia verba

et clara quae quasi proponit aliquod vult dicere

Quid sententia: Est dictum praeclari viri

Duplex apta occulta

Apta: Quae breviter inclusa verbis nemo mortalium uno tem

pore omnia sapit, et valde bono amplectendo valde

Occulta: malo fugio

est locutio singularis facta ex aperta

Non est orbe ut vibus horis sapias.

~~Quando Oratio~~ diversa a composito quae tamen ad

utilitatem sententiae

Quid amplificatio: Liberatum esse ea urbe ejiciendum

vere est Oratio quae paucis expressa verbis amplificat

~~Ablecis~~ Rhetorices. ~~...~~

~~Oratio quae res simpliciter pro~~

Bell... horrificum ... farium atque omni scelere imbutum

ampl...itur addendo adverbiis laudari jure ac merito

potest.

Definiendo sicarii scelestorum ac perditissimorum homi

num magnus

Permutatione aureum os Chrisostomus improborum ma

plura sinonima ami

# IACOBI GRETSERI
## SOCIETATIS JESV
# INSTITUTIONUM LINGUÆ GRÆCÆ
## LIBER TERTIVS.
# DE SYLLABARUM DIMENSIONE.
## PRO SCHOLA RHETORICES.
## ACCESSIT DISSERATIO, DE PRONUNTIATIONE LINGUÆ GRÆCÆ.





HILDESII.

In Epiſcopali Typographia apud JODOCUM HENRICUM KRAMER. Anno 1669.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0003-1

# AD LECTOREM.

SVnt, amice Lector, & veterum & recentiorum nonnulli, qui putent vocales ancipites in eadem dictione produci vel corripi poſſe, arbitratu Poëtæ, prout carminis ratio & neceſſitas exigit. Verùm quantoperè iſti aberrent, ſatis ſuperque declarant celebriorum Græciæ vatum quæ ſuperſunt monumenta: Qui licet ſibi quidlibet audendi jure poëtico poteſtatem datam ſcirent, hanc tamen effrenis cujusdam licentiæ plenam neque agnoverunt, neque vſurpârunt vnquam, niſi in paucis voculis, longo vſu & inveterata conſuetudine modò contrahi, modò extendi ſolitis, quod & Latini, quorum omnes vocales dubiæ ſunt & communes, aliquando faciunt, quamvis parcius & prudentius, nam Muſa Latina ſemper fuit verecundior & adſtrictior quàm Græca. At Græcis nihil eſt negatum, ait non ignobilis ex Helicone alumnus. Sed quàm verè, viderit ipſe. Non enim propterea liberi omninò & exleges erunt, quia illas licet ἄρες, ἄρες ſonare, & eandem litteram in hoc nomine diverſæ quantitate metiri. Quòd ſi nullarum præceptionum obſervatione tenentur, quorſum tot Grammaticorum volumina, quibus ratio Græcæ quantitatis cognoſcenda præſcribitur, potiſſimum in illis ſyllabis, quæ conſtant litteris ambiguis? ſuperfluum certè id laboris eſſet, niſi Græcæ poëſeos ſtudioſis, tres iſtæ vocales iter ad Muſas difficilè impeditumque redderent. Fruſtra etiam operam locarent, qui Poëtis

legendis & pervolutandis nonnihil temporis & otij impendunt, animo horum auſpicijs ad aliquam cognitionem quantitatis ſyllabicæ perveniendi. Vt igitur rem in pauca conſeram, regulis opus eſt, ne erremus in quantitate cum aliarum, tum præcipuè ancipitum vocalium. Sed illas neque nimis multas, neque incertas eſſe oportet. Quòd ſi cui iſtæ quas præſcribimus, præceptiones cum mediocri ſaltem Poëtarum lectione, non ſufficiunt ad dimenſionis ſyllabarum ſententiam, huic quid ſatis futurum ſit, neſcio. Cæterùm ſicut in alijs duobus libellis, ea quæ Græci cum Latinis communia habent, vel penitùs omiſi vel obiter tantum attigi, ita & hic feci. Cùm enim ſtudioſæ Juventuti, quæ Græcam Proſodiam diſcere cupit, Latinam oporteat jam eſſe cognitam, multa hic vel omninò taceri, vel vno verbo inſinuari poſſunt, quæ alioquin longiori explicatione eguiſſent. Vale, benevole Lector, & poëſi tam Latina, quàm Græca ad ad laudem & gloriam Dei, reliquorumque Cælitum, & ad virtutis, omnisque honeſtatis commendationem vtere.

# INDEX CAPITUM HUJUS LIBRI.


CAP. I. DE vocalibus brevibus, longis, ancipitibus & diphthongis.

II. De poſitione.

III. De muta & liquida.

IV. De modo quo vocales longæ & diphthongi fiunt breves.

V. Quot modis quantitas vocalium ancipitum cognoſcatur.

VI. De accentu.

VII. De contractione & dialecto.

VIII. De derivatione & compoſitione.

IX. De alpha incremento nominum, præcipuè quintæ declinationis

X. De jota incremento quintæ declinationis.

XI. De ypſilon in cremento quintæ declinations.

XII. De quantitate verborum in præſenti & in imperfecto.

XIII. De quantitate verborum in futuris & Aoriſtis.

XIV. De quantitate verborum in præteritis.

XV. De quantitate verborum in præteritis.

XVI. De quantitate verborum in Mi.

XVII. Regulæ cognoſcendi quantitatem ancipitum in primis & medijs ſyllabis nominum.

XVIII. De ancipitum quantitate in antepenultimis ſyllabis: Et primùm de alpha ante vocales & diphthongos.


CAP.

XIX. De jota in antepenultimis ; & primùm ante voeales & diphthongos.
XX. De jota ante conſonantes.
XXI. De ypſilon in antepenultimis : ante vocales & diphthongos & conſonantes.
XXII. De quantitate ancipitum in penultimis ſyllabis. Et primùm de alpha.
XXIII. De alpha in penultimis ante conſonantes.
XXIV. De jota penultimis ſyllabis.
XXV. De ypſilo in penultimis ſyllabis.
XXVI. De quantitate ancipitum in vltimis ſyllabis.
XXVII. Quomodo quantitas Græca cognoſci poſſit nonnunquam præſidio linguæ & proſodiæ Latinæ.
XXVIII. De exemplo & auctoritate.
XXIX. De ſyllaba communi & licentijs poëticis.
XXX. De pedibus & verſu.
XXXI De ſpeciebus metaplaſmi.
XXXII. De Patronymicis.
XXXIII. De notis Arithmeticis Græcorum.
XXXIV. De menſibus Græcorum.
XXXV. De pronunciatione Græcorum vocabulorum quibus Latini vtuntur.
XXXVI. Quomodo vocales Græcæ tranſeant ad Latinos
XXXVII Quomodo diphthongi Græcæ ad Latinos tranſeant.
XXXVIII Qua mutatione conſonantes Græcas in Latinam linguam transferamus.

CAPVT

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0008-0

## CAPVT I.

# DE VOCALIBUS BREVIBUS LONGIS, ANCIPITIBUS, ET DIPHTHONGIS.

GRæci habent vocales ſeptem, α, ε, ι, η, ο, υ, ω. Ex his ε & ο perpetuò breves ſunt: η & ω ſemper longæ: α, ι, υ, ancipites, quòd modò producantur, modò corripiantur, interdum in eadem, ſæpiùs in diverſis dictionibus, vt libro primo capite primo declaravimus.

Ex vocalium conjunctione naſcuntur diphthongi duodecim, quarum ſex priores appellantur propriæ, ſex poſteriores impropriæ; αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ, quæ omnes ſuaptè natura producuntur.

Quia verò fieri poteſt, vt breves vocales, quantumvis natura ſua breves, longæ fiant; & longæ vocales vna cum diphtongis breves, docendum eſt, quibus modis id contingat; poſteà de ancipitum quantitate regulas præſcribemus; in hac enim cognoſcenda potiſſima difficultas verſatur.

Præterimus tanquam notum ex Emmanuele quid ſit tempus, & quæ, quotve tempora ſyllaba quævis habeat.

*CAPVT II.*

# DE POSITIONE.

## I.

VOcalis brevis ante duas conſonantes vel vnam duplicem ejuſdem dictionis, longa eſt poſitione, τόξον, *arcus*, στέμμα, *corona.*

Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, Iliad. 1.

*Arcum in humeris habens.*

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσίν. ibidem.

*Manibus corona habens.*

Ὀλέκοντο δὲ λαοί. ibidem.

*Peribant autem Populi.*

Ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο. ibidem.

*Sic fatus conſedit.*

II. Sic altera conſonans fuerit in fine præcedentis, & altera initio ſequentis dictionis, vocalis nihilominùs longa erit. Iliad. 1.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων.

*Hunc autem reſpondens allocutus eſt rex Agamemnon.*

III. Littera σ aliquando eliditur, nulla poſitione facta. Aratus.

Ὥρῃ ἑσπερίῃ κρώζει πολύφωνος κορώνη.

*Hora veſpertina crocitat clamoſa cornix.*

## ANNOTATIO.

Hæc præcepta Græcis cum Latinis communia ſunt,

etiam

etiam tertium. Nam & ipſi literam S. elidebant; cujus rei aliquot apud Emmanuelem exempla invenies, præter cætera etiam hoc Cic. in Arato.

*Delphinus jacet haud nimio luſtratus nitore.*

Quidam tameu legunt apud Arat. πολύφωνα κορώνη.

IV. Si vtraque conſonans, aut duplex, ſit in principio ſequentis dictionis, producetur vocalis præcedens. Iliad. α.

Ἕλκετο δ᾽ ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος.

*Traxit autem ex vagina magnum enſem.*

Ibid. πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

*Multas verò fortes animas demiſit Orco.*

Ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ. ibid.

*Dejecit ſceptrum humi.*

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. ibid. *Cujus ex ore melle dulcior fluebat oratio.*

## ANNOTATIO.

In his exemplis α, ι, breves, item ο, & ε, producuntur ob duas conſonantes in altera dictione. Occurrunt autem hujus productionis in omnibus ferè Poëtarum paginis exempla: idem quoque Latini nonnunquam Græcorum imitatione faciunt; non tantùm in monoſyllabis, quæ ſæpè non alio nomine: quàm quod monoſyllaba ſunt, extenduntur, ſed etiam in polyſyllabis. Hinc illud Juvenalis Satyra 8.

*Occulta ſpolia & plures de pace triumphos.*

Et illud Silij lib. 9.

*Immane ſtridens agitur, &c.*

Et illud Virgil. 1. Georg.

*Lappæque tribulique interque nitentia culta.*

Et alia hujus generis, quæ adfert Emmanuel, licet aliqui hæc & ſimilia excuſent cæſura, vel ſyllaba communi, ſed verius eſt eſſe helleniſmos.

Interdum corripitur præcedens ſyllaba brevis, etiamſi duæ conſonantes, vel vna duplex ſit in principio ſequentis Iliad. 2.

Οἵτε Ζάκυνθον ἔχον.

*Quique Zacynthum habitant.*

ἀλλὰ σκάμανδρος.

Οἴσει δινήεις, Iliad. 21.

*Sed Scamander vorticoſus abripiet te.*

ANNOTATIO.

Multa hujus generis exempla paſſim tibi Homerus ſuppeditabit, qui ſæpiſſimè vocalem brevem ante hoc nomen σκάμανδρος corripit: vt ferè liberum videatur vocalem brevem, vel producere, vel corripere, prout carminis ratio exigit. Quod alij itidem Poëtæ paſſim faciunt.

---

*CAPVT III.*

# DE MUTA ET LIQUIDA.

I.

Vocalis brevis ante mutam & liquidam, ſive ejuſdem, ſive diverſæ dictionis, communis eſt. Theocr. Idyll. 11.

Ὠ κύκλωψ

Ω Κύκλωψ Κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπόταισαι.

*O Cyclops Cyclops, quò mens tua avolat.*

Ibidem., οὕτω γοῦν ῥᾷστα διᾶγ᾽ ὁ Κύκλωψ ὁ παρ᾽ ἡμῖν.

*Sic igitur facillimè vivebat Cyclops noſter.*

Iliad. 9 Πάτροκλος μὲν σῖτον ἑλὼν ἐπένειμε τραπέζῃ.

*Patroclus quidem panem accipiens diſtribuit in menſa.*

## ANNOTATIO.

Dictum eſt in regula, *Vocalis brevis.* Nam longa nunquam fit communis, licet ſit ante mutam & liquidam: quod diligenter eſt obſervandum; ne quis putet α, ι, υ. hoc ipſo quod antecedunt mutam & liquidam, eſſe communes. Non eſt ita, ſed oportet vt ſaltem in illa dictione, naturâ ſint breves; quod aliquando, maximè apud Latinos, ex Rectis deprehendere licet. Propterea enim iſti obliqui, *Patris, Patri, Patrem, Patres*, a commune habent, quia a, in nominativo, *Pater*, breve eſt, ſed *Matris, fratris*, & ſimiles, perpetuò habent a longum, quia in his nominandi caſibus *Mater, Frater*, a longum eſt, & idem judicium eſto de alijs tam Latinis, quàm Græcis, ſive in eadem, ſive in diverſis dictionibus.

II. Non modo λ & ρ, ſed etiam μ & ν, cum mutis apud Græcos ordinariè liqueſcunt, brevemque vocalem communem faciunt, quod apud Latinos non fit, niſi in Græcis dictionibus, quibus ipſi vtuntur, vt *Cycnus, Tecmeſſa, Therapnæ, Ichneumon*, Theocrit. Idill. 22.

Λαιῇ δὲ στόμα τύψε, πυκνοὶ δ᾽ ἀράβησαν ὀδόντες.

*Siniſtra verò os percuſsit, crepitârunt autem crebri dentes.*

Idem Idyll. 1.

Καὶ λέγε τὸν βώταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.

*Et dic bubulcum vinco* Daphnin. *Sed congredere mecum.*

Idem Idyll. 15. ἑπτὰ δραχμῶν κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πυρῶν.

*Septem drachmis pilos caninos ex vetulis & mutilatis ovibus convulſos.*

Et Idyll. 16. τίς κομόωντας.

πριαμίδας ἢ θῆλυν ἀπὸ χρόιας κύκνον ἔγνω;

*Quis comatos priamidas aut mulìebrem à colore novit cygnum.*

## ANNOTATIO.

Ut hoc præceptum planius intelligas, lege quæ hac de re eruditè ſcribit noſter Emmanuel, vbi de præceptionibus poſitionis agit.

III. Vocalis brevis fit etiam apud Græcos communis, ante literas, μν, γν, κτ, πτ, Heſiod. in Erg.

Ητε καὶ ἀπάλαμνόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει,

*Quæ etiam ignavum ad opus excitat.*

Homer. βάτραχ.

Αλλ᾽ ἐπὶ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον καταδάκνω.

*Conſcenſo lecto ſummum mordeo digitum.*

Theoc. Idyl. 17.

θωρη-

Θωρηχθεὶς ἐπὶ βοῦσιν ἀνάρσιος Αἰγυπτίῃσι,
*Armatus in armenta hoſtili animo Aegyptia.*
Hom. Odys. 4.
Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς.
*Cyprum, Phœniciam & Ægyptum pererrans.*

ANNOTATIO.

Hinc fit vt pleraque verba ab his litteris incepta repetant in præterito primam thematis, vt diximus in Grammatica cùm de augmento præteriti ageremus. Videtur autem Martialis ſimile quid auſus lib. 5.
*Sardonychas, Smaragdos, adamantas, Iaſpidas vno*
*Portat in articulo ſtella, Stella, Severe, meus.*
Et Propertius helleniſmo vſus eſt hoc verſu.
*Te ſcelus accepto Thracis, Polymneſtoris auro,*
*Nutrit in hoſpitio non Polydore pio.*
Et Ovid. 12. Metamorph.
*Vadit ad artificem diræ Polymneſtora cædis.*
Alij tamen legunt *Polymeſtora.*
IV. Vocalem brevem etiam tunc ſæpè pro communi habent Græci, cùm ſolam liquidam antecedit. Iliad. 1.
Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι.
*Fecit ipſos eſcas canibus.*
Hom. hymn. in Merc.
Ἱμερόεν κονάβησε. Θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄειδε.
*Suaviter ſonuit. Deus autem melos cecinit.*
Theoc. Idyll. 11. Πολλάκις ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

*Sæpè ô Polypheme quæ non ſunt pulchra, videntur pulchra.*

Ανέρες ἔςε φίλοι, *viri eſt amici.*

Ἄρες, ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε

*Mars, Mars homicidia.*

Quæ duo aliquoties apud Homerum occurrunt.

## ANNOTATIO.

Alij primum illud teſtimonium ita legunt:
Αὐτὰς δὲ ἑλώρια τεύχε κύνεσσι. vel αὐτὰς δ' ἑλλώρια.

VI, Idem quandoque contingit, licet liquida ſit in principio dictionis ſequentis. Homer. Iliad. 22.

Πολλὰ λισσομένω: οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθεν,

*Multa precantes, neque Hectori animum flectebant.*

Et Iliad. 4. ὡς ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε νέφος αἰπόλος ἀνήρ.

*Sicut cùm nubem ex ſpecula videt caprarius.*

## ANNOTATIO.

Hæc Græcorum propria ſunt. Quamvis Perſius quoque in prologo ſimile quiddam ſibi permiſerit.

*Cantare credas Pegaſeium melos.*

Longâ primâ in nomine *melos*; Eſt enim Scazon.

Liquidæ non ſolùm poſtpoſitæ, ſed etiam mutis antepoſitæ liqueſcunt interdum, tam in eadem, quàm in diverſis dictionibus, vt quidam volunt.

In eadem, ν, ante ϑ, Dionyſ. de ſitu orbis.

Καὶ τρίπολιν λιπαρὴν, ὀρθώσιδά τε μάρανθόντε

*Tripolim feracem ,orthoſida, & Maranthum.*

μ ante φ Odyſſ. 11.

Καὶ ῥα ἔχεν δύο παῖδας Ἀμφίονά τε Ζῆτόν δε.

*Duos habebat filios Amphionem & Zetum.*

ς ante π Orpheus init. Argonaut.

δεῖξαί τε θαλάσσης

παρθενίης ἀταρπὸς, ἐπιήρατον ἡρώεσσι.

*Oſtende vias maris virginei, quod gratum erat Heroibus.*

γ loco ν ante χ. Heſiod. in Erg.

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγχώριον ἄλλο γένηται.

*Quod ſi negotium aliquod quale ſolet inter vicinos, exiſtat.*

ν ante κ, in diverſis vocibus. Iliad. 24.

Ἀλλ᾽ ἐγώ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, καὶ δὲ κεν ἄλλον

σεῦ ἀπαλεξήσαιμι,

*Nihil mali tibi faciam , quin potiùs alium quoque à te arceam, ne noceat.*

ν ante τ Iliad. 22.

Τῶν μνῆσαι φίλον τέκνον ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα.

*Horum memento chara proles , & fuge inimicum virum.*

μ ante π in illo verſu Homeri, hymno in Cybelē

Ἧ κροτάλων τυμπάνων τ᾽ ἰαχὴ, σύν τε τρόμος αὐλῶν.

*Cui crepitaculorum tympanorumque ſonitus, & clangor tibiarum (placet)*

Idem

Idem fit apud Catullum, carmine de Berecynthia & Atti.

*Niveis (citata) cepit manibus leve tympanum.*

υ ante vocalem. Dionyſ. de ſitu orbis.

Τῶν δ' ἐπὶ βοιωτῶν τε πέδον καὶ λοκρῶν ἄρουρα.

Et Phocyl. μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον.

*Neque amore mulierum totus diffluas perdito.*

Nonnunquam corripiunt vocalem non obſtantibus tribus conſonantibus. Hom. Iliad. π.

Ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

*Suam ſortem lugens & relinquens virilem ætatem & juventutem.*

Cæterùm omnes iſtæ obſervationes videntur ex depravatis codicibus natæ. Nam vt à primo verſu ordiar, correcti codices ita habent apud Dionyſium.

Καὶ τρίπολιν λιπαρήν, ὀρθώσιδά τε μάραθόν τε.

Apud Homerum verò ita:

Καὶ ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδ' Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε.

Tertius verſus ſic legitur apud Orpheum:

παρθενίης ἀτραπούς.

In quarto eliditur α per apoſtrophum.

Εἰ γάρ τοι καὶ χεῖρ' ἐγχώριον.

Quintus ſic ſcribitur apud Homerum:

Ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακόν, ἀλλά κεν ἄλλον

Σεῦ ἀπαλεξήσαιμι.

Sextus

Sextus verſus eſt iſte:

*τῶν μνῆσαι φίλε τέκνον.*

In Septimo qui eſt Homeri, rectè legunt alij: τυπάνων, & apud Catull. typanum: eſt enim typanum idem quod tympanum.

Octavus, qui eſt Dionyſij, hoc modo ſcribi debet:

*τῷ δ' ἐπὶ Βοιωτῶν τε πέδλον καὶ λοκρίς ἄρουρα.*

Quam Scripturam agnoſcit Euſtachius, licet alij legant λευκρῶν, eamque confirment hoc Tryphiodori verſu.

*Ἔνθα καὶ ἔνθα φέρησι λέχον κλυτοπώλων Ἀχαιῶν.*

Verùm alij apud ipſum Tryphiodorum legunt etiam κλυτόπωλον, & apud Phocylidem γυναικός.

In nono denique verſu legunt alij.

*Ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.*

Vnus tamen occurrit verſus Solonis, vbi brevis ante liquidam & mutam corripitur, & vnus Heſiodi, in quo brevis ante duas mutas & vnam liquidam nihilominùs brevis eſt

Prior eſt iſte Pentameter.

*Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφιέντων.*

*Atticus hic vir vnus eſt ex illis qui Salaminem deſeruerunt.*

Poſterior eſt iſte in clypeo Herculis.

*Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου ἠλεκτρύωνος.*

*Alcmene, filia populorum ſervatoris Electryonis.*

Niſi quis fingere velit *σωιζησιν*.

Quo minùs mirandum eſt, Chriſtianos *Poë*tas corripuiſſe interdũ primam ſyllabam vocis *Eccleſia* poſitione longam. Paulinus lib. 2, de vita S. Martini.

*Obtexit veris mox mater Eccleſia templis.*

Idem Natali 4. S. Felicis.

*Cùm pia ſacrilegio quateretur Eccleſia bello.*

Tertullianus.

*Eſſe caput Chriſtum, ſunt cujus Eccleſia membra.*

Niſi quis in his locis ſimplici e, contentus eſſe velit.

---

## *CAPUT IV.*

## DE MODO QUO VOCALES LONGÆ ET DIPHTHONGI FIUNT BREVES.

I.

Quælibet Vocalis & Diphthongus communis eſt in fine verſus, ſicut apud Latinos.

II. Vocales longæ & Diphthongi breves eſſe poſſunt ſubſequente in altero vocabulo vocali aut diphthongo, neque enim neceſſariò eliduntur vocales concurrentes, vt in latino carmina fieri ſolet: Homer. Iliad. 1.

ὃδ' ἀπέθησε
μύθω Ἀθηναίης.

*Neque*

*Neque inobediens fuit dicto Minervæ.*

ὁ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλο καὶ δ᾽ ὕει.

Theoc. Idyl. 4. *Et Jupiter quidem nunc ſerenus eſt, nunc pluit.*

Ἅλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιὸς. Idem Idyl. 3.

*Salit mihi dexter oculus.*

Iliad. 1. ἄξω ἑλών. ὁ δὲ κεν κεχολώσεται ὅν κεν ἵκωμαι.

*Auferam, ille autem indignabitur ad quem venero.*

## ANNOTATIO.

Ad imitationem Græcorum ſcripta ſunt illa à Latinis. Virg. Æneid. 3.

*Inſula Ionio in magno, quas dira Celano.*

Æneid. 5. *Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto.*

Et alia quæ adfert Emmanuel, in quibus vocales longæ & diphthongi corripiuntur ob ſequentem in altera dictione vocalem ante diphthongum nulla eliſione facta.

III. Idem fit interdum, quamvis ſequatur conſonans in altera dictione.

Pythag. τοὺς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων, quidam legunt, σέβε.

*Deos inferos cole juſtis ſolutis.*

Odyſs. 2. εἰ δέ κεν οἴκαδ᾽ ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

*Quod ſi domum venero in charam patriam.*

IV. Sæpiùs producitur longa vocalis & diphthongus, ſi in eadem dictione vocalem

vel diphthongum antecedat, quamvis aliquando corripiatur, vt in his exemplis.

Iliad. 6. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δρύαντος ὑὸς κρατερὸς λυχόεργος.

*Neque enim Dryantis filius fortis Lycurgus.*

Tyrtæus: μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.

*Ne fugiatis relictis ſenibus.*

Theocr. Idyl. 11. καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς εἰς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα.

*Sedens in petra reſpiciensque in Pontum, talia canebat.*

Sappho. τῷ γριπεῖ πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε μένισκος.

κύρτον καὶ κώπαν μνᾶμα κακοζωΐας.

*Meniſcus parens poſuit piſcatori Pelagoni naſſam & remum monumentum vitæ miſeræ.*

V. Vocalis longa vel anceps ante aliam vocalem brevem vel longam non corripitur neceſſariò.

Hom. Iliad. 22. φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι.

*Ferens cruentatum vnguibus draconem.*

Σωὼν ἔτ' ἀσπαίροντα. Ibid.

*Vivum adhuc palpitantem.*

Idem Hom. Iliad. 11.

διὰ δ' ἐμπερὲς ἰὸς.

Ἐν γαίῃ κατέπηκτο.

*Penitus autem ſagitta in terra defixa eſt.*

Voca-

XI. Vocalis brevis ante aliam vocalem longam, vel diphthongum, corripitur, niſi producatur quadam licentia:

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

*Divûm hominumq́; Pater.*

Idem Iliad. 8. Εἰσορόων τρώων τε πόλιν καὶ νῆας Ἀχαιῶν

*Intuens Troianorum vrbem & naves Græcorũ.*

## CAPVT QVINTVM.

# QUOT MODIS QUANTITAS VOCALIUM ANCIPITUM COGNOSCATUR.

HActenus de diphthongis vocalibusque natura brevibus & longis dictum eſt, quomodo illis vtantur & interdum etiã abutantur Poëtæ. Sequitur jam vt regulas tradamus cognoſcendi quantitatem ancipitum vocalium, in quibus, vt ſuprà me dicere memini, omnis propemodum difficultas Græcæ Proſodiæ verſatur. Videntur autem ſi non plures, quàm Latinis, certè non pauciores Græcis ſuppetere rationes inveſtigandi quantitatem harum vocalium. Nam ancipitum quantitatem agnoſcere licet. 1. Accentu. 2. Contractione. 3. Dialecto. 4. Derivatione.

5. Compoſitione. 6. incremento nominum. 7. Incremento verborum. 8. Regulis quibusdam ſpecialibus tam de vltimis quàm de non vltimis ſyllabis. 9. Vſu & præceptis Latinæ & Proſodiæ. 10. Exemplo & auctoritate, ſeu vſu & lectione Poëtarum.

---

## *CAPVT SEXTVM.*

# DE ACCENTU

## I.

ANtepenultima acuta, ſemper brevis eſt vltima, exceptis Atticis, ὁ μενέλεως, τῆς πόλεως, *civitatis*, τῶν πόλεων, de quibus lib. I. cap. 22. exceptisque diphthongis αι & οι, quæ in ratione accentuum habentur breves, non autem in quantitate, ἡ πόντνια, *veneranda*, ἡ τράπεζα, *menſa*, ἡ ἀσέλγεια, *impuritas*, ἡ εὐσέβεια *pietas*, ἡ ἀλήθεια, *veritas*, ἡ θεράπαινα, *ancilla*, τέτυφα, ἔτυψα ἔτυψας, *verberavi*, τὸ σίνηπι, *ſinapi*, τῷ μέλιτι, *melli*, τὸ οἰνόμελι, *vinum mulſum*, ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, *amans patriæ*, ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, *gratus*, ὁ καὶ ἡ ἄχαρις, *ingratus*, ὁ πέλεκυς, *ſecuris*. ὁ καὶ ἡ γέηλυς, *advena*.

### ANNOTATIO.

Hac regula certiſſima & nuſquam non obvia certò & expeditè cognoſces quantitatem plurimorum vocabulorum, quæ in vltima ſyllaba ambiguis vocalibus conſtant.

II. Vltima brevis eſt, quando penultima circumflectitur, *μῦσα, μῦσαν, Muſa.* *ἡ μοῖρα, parca, fatum, μοῖραν. βαρεῖα, gravis. ὀξεῖα, acuta. ἡδεῖα, ſuavis. σῶμα, corpus. βῆμα, ſedes, ſuggeſtum. χρῆμα, vſus, pecunia. τυφθεῖσα, verberata. τιθεῖσα, θεῖσα, ponens. διδοῦσα, dans στῆθι, ſta. γνῶμι, cognoſco. δῦμι, ſubeo. κλῦμι, voco. τὸ πῶυ, grex ovium. ὁ πῆχυς, cubitus.* at *φοῖνιξ, Phœnix. αὖλαξ. ſulcus.* & ſimilia, impediuntur poſitione, quo minus vltimam habeant brevem.

III. Cùm penultima natura longa, accentum acutum habet ſignum eſt, ancipitem, quæ eſt in vltima ſyllaba, eſſe longam, *ἡ λήδα, Leda. ἡ ὥρα, hora. ἡ φαίδρα, Phædra. ἡ δουλεία, ſervitus. ἡ λατρεία, cultus. ἡ βασιλεία, regnum. ὁ Αἰνείας, τῷ Αἰνείᾳ, ὦ Αἰνεία, Æneas. ὁ Αἴας, Ajax. ἡ δικαία, juſta. τὰ μοῦσα* in Duali.

## ANNOTATIO.

Ratio hujus regulæ eſt, quia longa ante vltimam brevem, ſi accentum habet, circumflexum habeat oportet, vt ex doctrina accentuum conſtat. Hinc neceſſariò colligimus, vltimas in prædictis, alijsque ſimilibus vocabulis eſſe longas.

IV. Quando maſculinum eſt proparoxytonum in ρος vel ος purum, fœmininum verò ejus paroxytonum, pro certo habeas, vltimam fœminini eſſe longam, *ὁ ἅγιος, ſanctus. ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον. ἡμέτερος, noſter. ἡμετέρα, ὑμέτερος, veſter*

ὑμετέρᾳ, *veſtra.* ὁ σοφώτερος, *ſapientior.* ἡ σοφωτέρα.

V Anceps nominis paroxytoni brevis eſt, ſi vltima quoque brevis ſit. τὸ ξύλον, ξύλα, *lignum.* ὁ φίλος, *amicus.* τὰ φίλα, *amica.* μάλα, *valdè,* ἅμα, *ſimul.* πολλάκις, *ſæpè.* τετράκις, *quater.* πεντάκις, *quinquies.* ἡ φύσις, *natura.* ἡ λύσις, *ſolutio.* ὁ βίος, *vita.* τὸ χάος, *Chaos.*

## ANNOTATIO.

Ratio hujus præcepti eſt, quia ſi α, ι, υ, in penultimis prædictarum vocum longæ eſſent, circumflecterentur, juxta regulam accentuum, quæ docet longam ante finalem brevem, ſi habeat accentum, habere circumflexum. Ne quis autem decipiatur, diligenter attendendum eſt, vtrum vltima corripiatur. Nam ſi longa ſit vltima, nihil inde colliges de quantitate penultimæ, vt ξύλου, φίλου, φίλω, &c. niſi ex alio caſu, cujus vltima brevis ſit, quantitatem jam indagaveris, tunc enim idem judicium erit de caſibus, quorum vltima longa eſt. Nam vt ξύλον in recto primam habet brevem, ita in obliquis.

VI Omnis ſyllaba circumflexa longa eſt: ὁ μῦς *mus,* ὁ vel ἡ ὗς, σῦς, *ſus* τὸ πῦρ, *ignis.* ὑμᾶς, *vos.* ἡμᾶς, *nos.* ὑμῖν, *vobis.* ἡμῖν, *nobis.* ὁ μῦθος, *ſermo, fabula.* ὁ πῖλος, *pileus.* ἡ ἀθηνᾶ, *Minerva.* ἡ μνᾶ, *mina.*

CAPVT

## *Capvt VII.*

# De Contractione et Dialecto.

## I.

OMnis ſyllaba ex contractione nata ſive circumflexo notetur, ſive non, longa eſt, κρέατα, κρέαα, κρέα, *carnes*, ἐβόαε, ἐβόα, *clamabat*. βόαε, βόα, *clama*. τῇ πόλιϊ, *civitati* τῇ πόλι: πόλιες, πόλις: οἱ βότρυες, βότρυας, βότρυς, *botri*. ὁ ἄκων, pro ἀέκων. *invitus*.

## ANNOTATIO.

Videntur interdum Poëtæ hoc præceptum non obſervare. Apoll. lib. 1.

Ἀρχόμενος σέο Φοῖβε παλαιγενέων κλέα φωτῶν
μνήσομαι.

*Incipiens à te ô Phœbe, priſcorum facta virorum canam.*

Et in illo Epigrammate.

Οἱ κόρεις ἄχρι κόρου κορέσαντό μου, ἀλλ᾽ ἐκορέσθην
Ἄχρι κόρου κἀυτὸς τοὺς κόρεις ἐκκορίσας.

*Cimices ad ſatietatem vſq; ſatiati ſunt ex me, ſed ego viciſsim ſatiatus ſum vſque ad ſatietatem, excorians cimices.*

Epigramma eſt petitum ex annominatione τοῦ κόρου, κόρεος, & verbi ἐκκορίζω.

Priori quidem verſu Apollonij corripi videtur α contractum, in hoc verò epigrammate

jota contractum. Sed dicendum eſt tales ſyllabas non per contractionem, ſed exemptione alterius litteræ factas, κλέεα, ablato ε per ſyncopen, κλέα, vltima brevi, & κόρεες exempto ε, manet jota breve. Aliud eſt enim contractio & ſynæreſis, aliud ſyncope, tam apud Græcos quàm apud Latinos.

II. Ἄλφα Doricum natum ſcilicet ex η, longum eſt. Theoc, Idyll. 1.

Ἁδύτι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα, pro ἡδὺ, ἡ τήνη, vel ἐκείνη.

*Dulcis eſt ſuſurrus & pinus ô Caprarie, illa.*

Ibid. Ἀσκητὰ πέπλωτε καὶ ἄμπυχι.

*Ornata peplo reticuloque.*

Longum eſt etiam illud quod non venit ex η, ſed ex ε, vt αἴκα, pro εἴκε. Theocr. Idyll. 1.

Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον,

*Si ipſe acceperit cornigerum hircum.*

ANNOTATIO.

Aliquando fit contrarium. Nam πόκα pro πότε, & ἄλλοκα, pro ἄλλοτε, corripiuntur interdum aqud eundem Idyl. 14. & alibi.

III. Ἄλφα Æolicum breve eſt apud Poëtas, quamvis ex η factum. Iliad. 3.

Δεῦρ' ἴθι νύμφα φίλη, pro νύμφη.

Theocr. Idyll. 27. θάρσει κῶρα φίλα.

*Bono animo ſis.* pro κώρα, ſeu κόρη, *puella.*

ANNO-

## ANNOTATIO.

Idem quod Æoles faciunt Latini. Vltimam enim in his, *fama, plaga, machina*, aliiſque corripiunt, licet deſcendant à Græcis, φήμη πληγὴ, μηχανή.

IV. Æoles quoque α, alioquin longum, corripiunt in accuſativis pluralibus ſecundæ ſimplicium, atque in participijs in ας, Theocr. Idyll. 21.

Ἁ πενία, διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

*Paupertas, ô Diophante, ſola excitat artes.*

Idem Idyl. 1. πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι.

*Omnia commutentur, & pinus pira ferat.*

Idem Idyll. 3. τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας.

*Tityre mihi valdè chare, paſce capellas.*

Idem Idyl. 5. πᾶσας ἐγὼ λουσῶ συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.

*Omnes ego lavabo in fonte Sybaritico.*

Et Idyl. 4. βόσκεν δ' ἔμοι αὐτὰς ἔδωκεν,

*Illas mihi paſcendas dedit.*

Heſiod. δήσας ἀλυκτοπέδῃσι προμηθέα,

*Ligans Promotheum vinclis inevitabilibus.*

Idem Theog. παῖδας ἤματα πάντα, ἐοὺς μεταναίετας εἶναι.

*Filius cunctis diebus ſuis eſſe incolas.*

## ANNOTATIO.

Pro δήσας vltima longa. Nam ſi quantitas vltimæ

ſyllabæ

ſyllabæ mutetur, omninò etiam mutatur accentus. Hinc alpha longo in hac voce, κώρα, acutus eſt in penultima, alpha verò brevi, circumflexus, κῶρα. Occurrunt autem paſſim alia apud Theocritum hujus Æolicæ correptionis exempla; licet enim ipſe Doricam Dialectum conſectaretur, non rejiciebat tamen Æolicam, quando carmini ſerviebat.

V. Ἄλφα quoque Jonicum breve eſt in penultimis præteritorum Jonicorum, γέγαα, μέμαα, ἕςαα, βέβαα, licet ex η oriatur, ablato κ, γέγηκα, μέμηκα, βέβηκα, ἕςηκα. Sic πέφηκα, πέφυα, υ, brevi.

ANNOTATIO.

Diximus de his præteritis in Grammatica, cap. 15. & paſſim invenies apud Homerum, & alios exempla.

Notetur tamen hic hoc participium μεμαὼς habere aliquando penultimam longam, aliquando brevem, longam cum in obliquis habet ο, Iliad. 2.

*Λαοὶ θωρίσσοντο μεμάοτες ἐγχείῃσι*

*Populi armabantur, hoſtis prompti.*

*Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεναι.*

*In animo cupientes opitulari.*

VI. Ἄλφα Jonicè inſertũ tertijs perſonis pluralibus paſſivis & medijs præſentis, præteriti, pluſquamperfecti, & futuri breve eſt, τετύφαται, *verberati ſunt*, βεβολήατο, vel βεβλήατο, τυπτοίατο, &c. ἕαται pro ἧνται, *ſedent*. κέαται, pro κεῖνται, *jacent*.

ANNO-

## ANNOTATIO.

De his perſonis multa dicta ſunt lib. 1. cùm de verbo paſſivo ageremus. Exempla paſſim ſunt obvia in Homero.

VII. ἄλφα Jonicè interpoſitum verbis circumflexis in αω, producitur ſi ſyllaba proximè antecedens ſit longa, μαίμαε, μαίμα, μαιμάα à μαιμάω, *impetu feror, incitor, vehementer deſidero*, μενοινάω, *incitatus cupio*, μενοινᾷ, μενοινάα. Hom. Iliad. 19.

Εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μενοινάα πολεμίζειν.

*Etiamſi animo promptus ſit ad pugnandum.*

## ANNOTATIO.

De hac litteræ α, interjectione plura habes lib. 1. in ſecunda conjugatione circumflexorum.

VIII. Si ſyllaba antecedens proximè literam α, ſit brevis, ipſum etiam ἄλφα breve erit. Iliad. 13.

Πολέμοιο μενοινᾷ
ἀυτιάαν.
*Cupit bellum capeſſere.*

Sic βοάα, μηχανάαται, ἐγγυάαϑαι & ſimilia α priùs breve habent, ut & ἐσάωσε, pro ἔσωσε, *ſervavit*.

IX. Perſonæ Jonicæ verborum in μι, τιθέασι, διδόασι, ζευγνύασι. & ἔασι. pro εἰσι, *ſunt*, & ἴασι, pro εἶσι, *eunt*, α longum habent. Iliad. 16.

Καί τ' ἀγελκδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρȣ.

*Greg-*

*Gregatim veniunt à fonte nigræ aquæ.*

Hom. Odyſ. 19. τοιοῦτοι πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες ἄνδρες ἔασι.

*Tales ſunt viri pauperes & erratores.*

ANNOTATIO.

Fit hoc ob generalem regulam, quæ docet omnem perſonam verbi deſinentem in σι, penultimam producere, τύπτουσι, τετύφασι, τιθέασι, &c.

X. Breve eſt α ex η per diæreſin natum, ἤγην, ἐάγην, ἦγα, ἔαγα κατέαγα, *fractus ſum*, ἥλων, ἑάλων, *captus ſum*. ἦξα, ἔαξα, συνέαξα. De quibus lib. 1. cap. 23.

XI. Quando ex diphthongis vocalis abijcitur anceps quæ remanet brevis eſt, φεύγω, *fugio*. φυγὴ, *fuga*. πείθω, *perſuadeo*. πιθανὸς, *probabilis*. τὸ ζεῦγος, *jugum*. ὁ ζυγός.

XII. Quando diphthongus propria vel impropria, per dialyſin diſſolvitur in duas ſyllabas, tunc vocales ancipites corripiuntur: πάϊς pro παῖς, ἐΰ, pro εὖ, ἀΐης, pro ἄιης. Heſiod in Erg.

Κρύψε δ' πῦρ, τὸ μὲν αὖθις ἐΰς πάϊς ἰαπετοῖο.

*Abſcondit verò ignẽ, quem rurſus Iapeti filius.*

Trophiod. καὶ σκῦρον μὲν ἔβαινε λιπὼν ἐΰ πάρθενον ἄστυ.

*Scyrum abijt, relinquens vrbem pulchras virgines habentem.*

Iliad. 15. Ζεὺς, καὶ ἐγώ. τρίτατος δ' ἀΐδης ἐτέροισιν ἀνάσσων.

*Iuppiter & ego, & tertius inferis imperans.*

ANNOTATIO.

Aliquando tamen producuntur hujuſmodi vocales: Theocr. Idyll. 13.

Οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

*Sic igitur facillimè vivebat noſter Cyclops.*

ῥάϊστα pro ῥᾷστα.

ὁ Θρᾴξ, *Thrax*. dialyſi Jonica Θρῆιξ in obliquis aliquando corripitur, vt Iliad. 4.

Θρήϊκες ἀκρόκομοι δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες.

*Thraces comati longas haſtas manibus tenētes,*

Aliquando producitur.

Dionyſ. αὐτοὶ δ' Θρήϊκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.

*Ipſique Thraces immenſam terram habentes.*

---

CAPVT VIII.

# DE DERIVATIONE ET COMPOSITIONE.

I.

Derivata ſequuntur naturam eorum, à quibus derivantur: ὁ δίκαιος, *juſtus*. ἡ δίκη, *juſtitia*. δικαιῶ, *juſtum facio*. ἡ δικαιοσύνη, *juſtitia*, τὸ δικαίωμα, omnia prima brevi. τιμάω, *honoro*. ὁ τίμιος, *honorandus*, prima longa. νικάω, *vinco*. νίκη, *victoria*. ὁ νικητὴς, *victor*, prima longa. κρίνω, *judico*. ἔκρινον, prima longa in omnibus ὁ κριτὴς, ὁ κριτικὸς, prima brevi. Sic ἀνὰ, ἄνω, *ſupra*. κατὰ, κάτω, *infrà*, itidē prima brevi.

ANNO-

## ANNOTATIO.

Hæc regula de derivatis magnum ſubſidium adfert ad cognoſcendam quantitatem verborum, vt planum fiet ex illis, quæ infrà dicemus de verborum incremento. Verbum νικάω corripi dicitur in illo verſu.

*Αργυρέαις λόγχῃσι μάχε καὶ πάντα νικήσεις.*

*Argenteis haſtis pugna, & omnia vinces.*

Alij tamen legunt, καὶ πάντα κρατήσεις.

II. Multa quæ ſuæ originis naturam non ſequuntur, vſu aſſiduaque Poëtarum lectione diſcenda ſunt, vt μανία, *furor*, prima brevi. ὁ μανικὸς, & μανιακὸς, prima longa. Orph. in Bacch.

Κικλήσκω σε μάκαρ πολυώνυμε, μανικὲ Βακχεῦ.

*Voco te beate, multorum nominum & furioſe Bacche.*

Sic ab ἀεὶ, *ſemper* prima brevi, fit ὁ καὶ ἡ ἀέναος, *perennis*, prima longa.

III. Compoſita ferè ſequuntur brevitatem vel longitudinem ſuorum ſimplicium, ἡ γυνὴ, *mulier*, prima brevi. ὁ ἀνδρόγυνος, *Androgynus*. ἡ τιμὴ, *honor*. ὁ καὶ ἡ ἄτιμος, *inhonorus*. penultima longa. ὁ θυμὸς, *animus*. ὁ καὶ ἡ μεγάθυμος, *magnanimus*. υ. longo. ὁ κριτὴς, ὁ ὑποκριτὴς, *hypocrita*. ὁ λαὸς, *Populus*. ὁ Μενέλαος: ἡ ςάσις, *ſtatus*. ἡ κατάςασις, ἡ φράσις, *phraſis*, *locutio*. ἡ μετάφρασις, ἡ παράφρασις, πᾶσα, *omnis*, ἅπασα, σύμπασα. Quædam tamen extra compoſitio-

nem

nem longa, brevia fiunt in ipſa compoſitione, ὑπὰν, πανάριστοι, πανάγονοι & ſimilia Iliad. 2.

*Κίκλησκεν δὲ γέροντας ἀριστῆας παναχαιῶν.*

*Vocavit autem ſenes, optimates omnium Græcorum.*

IV. Præpoſitiones quæ in ancipitem deſinũt, brevem habent ancipitem, & extra & intra compoſitionem niſi poſitio obſtet. παρὰ, ἀμφὶ, περὶ, ἀνὰ, κατὰ, ἐπὶ, ἀντὶ, ἀντιλέγω, *contradico.* περιτρέχω, *circumeo.* τὸ ἀμφιθέατρον, *Amphitheatrum.* καταβάλλω, *dejicio.*

## ANNOTATIO.

Poëtæ ex κατὰ, ἀνὰ, παρὰ, ſæpè abijcere ſolent α in compoſitione & extra, quamvis ſequente conſonante, qua de re diximus lib. 1. cap. 13. κάτθεο, pro κατάθεο, ἀνστὰς, pro ἀναστάς.

Interdum additur jota ad alpha. Iliad. λ.

*Ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου*

*Bona eſt admonitio Sodalis.*

Interdum producuntur ſolita Græcorum licentia, vt infrà ſuo loco allatis exemplis planum fiet.

V. Præpoſitiones quæ in prima ſyllaba ancipitem habent, eandẽ corripiunt, ſive in compoſitione, ſive extra, κατὰ, ἀνὰ, niſi licentia quadam ſecus eveniat.

VI. A, Privativa particula brevis eſt, ὁ ἀδάμας, *adamas*, ὁ καὶ ἡ ἄτομος, *atomus.* ὁ καὶ ἡ ἄκοσμος

μ@, *inornatus, immundus*, ὁ καὶ ἡ ἄτιμ@, *inhonorus*, ὁ καὶ ἡ ἀκλεὴς, *inglorius*.

Hom. Iliad. 1. Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτ@ καὶ ἀπήμων, ἧσθαι.

*Utinam ſederes ad naves ſine lachrymis & damno.*

VII. Corripiuntur ancipites harum vocularum inſeparabilium ζα, ἀρι, ἐρι, δυς, βρι. ὁ ζάθε@, *divinus*, ὁ καὶ ἡ ἀρίδηλ@, *conſpicuus*, ὁ καὶ ἡ ἐριβώλαξ, *ferax*, ὁ καὶ ἡ δύσερως, *perditè amans*, ὁ καὶ ἡ δυσώδης, *olidus*, ὁ βριαρὸς, *robuſtus, validus*. Heſiod. αἳ θ' ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρ@ μέγα τε ζάθεόν τε.

*Quæ Heliconis montem habent magnum & divinum.*

Hom. Odyſs. 11. Καὶ τίτυον εἶδον γαίης ἐρικυδέ@ υἱόν.

*Vidi etiam Tityum terræ claræ filium.*

Heſiod. ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει.

*Facilè deprimit illuſtrem & obſcurũ extollit.*

VIII. Si prior pars compoſitionis in α, ι, vel υ, deſinat, plerumque corripitur, ὁ καὶ ἡ λυσιμελὴς, *ſolvens curas, vel membra*. ὁ καὶ ἡ καλλιπάρῃ@, *pulchras genas habens*, ὁ καὶ ἡ ἡδυεπὴς, *ſuavis in dicendo*, ὁ πολύδωρ@, *Polydorus*, ὁ πολυδάμας, *Polydamas*. Hom. Iliad. 1.

Πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί.

*Quomodo enim tibi munus dabunt magnanimi Achai?*

## CAPUT IX.

# DE ALPHA INCREMENTO NOMINUM PRÆCIPUE QUINTÆ DECLINATIONIS.

Quid ſit incrementum nominum & verborum notum eſt ex Proſodia Latina. Hoc igitur omiſſo, nonnullas hic præſcribemus præceptiones de incrementis declinationum, quibus quantæ ſint hæ vocales, α, ι, υ, cognoſci queat.

I. A Incrementum Doricum genitivi ſingularis ſimplicium, & genitivi pluralis ejuſdem, & ſecundæ ſimplicium, longum eſt. Αἰνείαο αἰνειάων, μȣσάων.

Heſiod. in Erg. πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων.

*Α᾽ρχεσθ᾽ ἀμητȣ͂, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων,*
*Pleiadibus orientibus incipe metere.*
*Arare verò occumbentibus.*

## ANNOTATIO.

Aliud incrementum non eſt in primis quatuor declinationibus ſimplicibus. Nam λόγος λόγοιο, λόγεισι, & ſimilia, primo ſtatim aſpectu ſuam quantitatem demonſtrant.

II. Α᾽λφα incrementum quintæ declinationis à nominibus neutris in α, ας, αρ, breve eſt. τὸ ζῶμα ζώματος, *corpus.* τὸ σῆμα, σήματος, *ſignum.* τὸ κέ-

τὸ κέρας, *cornu*. κέρατος, τὸ κρέας, *caro*, κρέατος. τὸ ἧπαρ, *hepar*, ἥπατος, τὸ νέκταρ, *nectar*, νέκταρος. τὸ φρέαρ, *puteus*, φρέατος.

ANNOTATIO.

Videntur tamen neutra in as aliquando incrementum habere longum, vt ex hoc Anacreontis verſiculo liquet.

Φύσις κέρατα ταύροις
ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις.
*Natura dedit cornua tauris & calces equis.*

Corripiuntur autem etiam illa κέρατος κέραος, Homer. Odyſs. τ.

Οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε.
*Quæ verò per polita cornua eunt foras.*

Interdum interponitur α longum ante alterum α, κέρατος, κεράατος, Calaber. lib. 1.

Γνάμφθη βίη κρατεροῖο κεράατος, οἱ δέ οἱ ἄμφω.
*Inflexa eſt vis fortis cornu.*

III. Ἄλφα incrementum quintæ declinationis à nominibus fœmininis & maſculinis in ας breve eſt, ἡ παλλὰς, παλλάδος, *Pallas* ἡ λαμπὰς, λαμπάδος, *Lampas*. ἡ μονὰς, μονάδος, *vnitas*. ὁ μέλας, μέλανος, *niger*. ὁ τάλας, τάλανος, *miſer*.

Homer. Iliad 6. χαλὴν, χρυσείην, μέλανες δὲ οἱ βότρυες ἦσαν.

*Pulchram, auream, cui nigri botri erant.*

ANNOTATIO.

Excipe ἡ κρᾶς τῆς κρατὸς, caput Iliad. 1.

κρα-

κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

*Immortali capite magnum Olympũ concuſſit.*

Dubitat de hoc vocabulo Euſtathius Odyſs. 12. nũ ſit maſculini an fœminini generis. Sed tamen Calaber. lib. 11. cum muliebri appoſito conjunxit.

δινήσας περὶ κρατὶ βοῇ καλὰ νεῦρα βόεια.

ὁ λᾶας τῦ λάαος, crasi λᾶος, etiam breve habet α incrementum.

Orpheus in Argonaut. λάασι δ' εὐτύκτοις δωμήσατο οἶκον ἀνάσσῃ.

*Lapidibus politis ædificavit Regina domum.*

IV. Ἄλφα incrementum maſculinorum & fœmininorum in αρ & λς breve eſt, ὁ μάκαρ, *beatus.* ἡ δάμαρ, δάμαρος, *vxor,* ἡ ὄαρ, *conjunx vel colloquium.* ἡ ἅλς, *mare.* ὁ ἅλς, *ſal.*

Hom. Iliad. 1. εἰς ἅλα δῖαν, *in ſacrum mare.*

Theoc. Idyll. 27. φῆς μοι πάντα δόμεν τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

*Ais te mihi omnia daturum, fortè poſteà ne ſalem dederis.*

## ANNOTATIO.

Hinc excipiendum videtur ψάρ, ψαρὸς *ſturnus*, producitur enim apud Hom. Iliad. 17.

Τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.

*Vt ſturnorum nubes ſeu turma vel graculorum advenit.*

Item ὁ κὰρ καρὸς, ex Caria, Hom. Iliad. 2.

Νάστης αὖ καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων.

*Naſtes Carum barbaræ linguæ dux fuit.*

Theocritus tamen Idyll. 17. corripuit hoc incrementum.

Σημαίνει λυκίοισι φιλοπτολέμοις τε κάρεσσι.

*Lycijs imperat & bellcoſis Caribus.*

V. Genitivus ανος longus eſt quod plerumq; ex accẽtu liquet, ὁ τιτὰν, τιτᾶνος, *Titan.* ὁ Αλκμὰν ἀλκμᾶνος, *Alcman.* ὁ παιὰν παιᾶνος, *Paan.* ὁ πὰν πανὸς, *Pan pecoris cuſtos.*

ANNOTATIO.

Excipiuntur duo neutra, μέλαν, μέλανος, *nigrum.* τάλαν, τάλανος, *miſerum.*

VI. Genitivus in αος à nominibus ναῦς, *navis.* γραῦς, *anus, vetula*, brevis eſt, ſicut & illud incrementum, nominum ſyncopen patientium, ὁ πατὴρ, πατράσι, ἀνδράσι, μητράσι, θυγατράσι. Dativus πᾶσι longum incrementum habet, vt patet ex accentu, ſic ἅπασι, σύμπασι, longa ſunt.

Alcæus τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
τὸ δ᾽ ἔνθεν, ἄμμες δ᾽ ἂν τὸ μέσσον ναῒ
φορήμεθα σὺν μελαίνα.

*Alius enim fluctus hinc volvitur, alius inde, nos autem in medio cum nave agitamur atra.*

ANNOTATIO.

Apud Theocrit. Idyll. 17. legitur ναὸς prima longa. οὐδέ τις αἰγιαλόνδε θοὰς ἐξάλατο ναός.

*Neque quiſquam in littus vel loci exilijt navi.*

Cæte=

Cæterum hic genitivus Doricus eſt pro νηός, à Recto ἡ ναῦς. Vtuntur autem Poëtæ plerumque his obliquis, νηός νηὶ νῆες, vel νεώς, ſic γραῦς, γρηός.

VII. A incrementum à nominibus in ψ corripitur. ὁ ἄραψ, ἄραβος, *Arabs*, ἡ λαῖλαψ, λαίλαπος *turbo*. Hom. Iliad. XI.

*αὐτὰρ ἐγὼν ἐνόρουσα λελαιψῆ λαίλαπι ἶσος.*

*Ego irrui nigro turbini ſimilis.*

ANNOTATIO.

φάψ, φαβὸς avis quoddam genus, nonnulli palumbem interpretantur, videtur incremento longo conſtare.

VIII. A incrementum à nominibus in ξ, aliquando breve eſt, aliquando longum, ὁ κόραξ, *corvus*, κόρακος. ὁ κόλαξ, *adulator*. κόλακος. ὁ καὶ ἡ φύλαξ, *cuſtos*, φύλακος. ὁ πίναξ, *tabula*. ὁ ἄβαξ, *abax*, *abacus*. ἡ πλάξ, πλακὸς, *tabula*. ὁ ἄνθραξ, *carbo*. ὁ ἅρπαξ, *harpago*, *raptor*. ὁ στύραξ, *ſtyrax*. ἡ κλίμαξ, *Climax*. ὁ μύσταξ, *myſtax*. ἡ μάσταξ, *mandibula*. ὁ ἡ πίδαξ, *fons*, *ſcaturigo*. ἡ αὖλαξ *ſulcus*. ἡ λάρναξ, *vrna*, omnia hæc α breve habẽt.

At ὁ φαίαξ, *Phæax*. ὁ θώραξ, *thorax*, ὁ ἱέραξ, *hierax*. & ſimilia α habent longum.

Lib. 1. Epigr. ῥῶ ϗ λάβδα μόνον κόρακας κολακάς τε διιστᾶ.

*Solum R & L ſecernit coraces*, id eſt, *corvos & colaces*, id eſt, *adulatores*.

Theoc. Idyll. 10. ὃς νῦν ἀρχόμενος τᾶς αὔλακος οὐκ ἀποτρώγεις.

*Qui nunc incipiens ſulcum non demetis.*

Hom. Iliad. 6. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

*Scribens in convoluta tabula multa triſtia.*

πίδακος ἐξ ἱερῆς. Callimach. Et paſſim apud Homerum. πολυπίδακος ἴδης. *Ida multorum fontium.*

Homer. Odyſſ. 4. ἀλλ᾽ ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε.

*Sed Vlyſſes os ſeu mentum manibus compreſſit.*

Tryphiod. μύστακα δ᾽ ἀρρήκτοισιν ἀλυκτοπέδῃσι μεμαρπὼς

εἶχεν ἐπικρατέως.

*Labrum ſeu mentum firmis vinculis comprehenſum tenebat fortiter.*

Odyſſ. ψ. ἀλλά με κεῖνος ἑλὼν ἐπὶ μάστακα χερσὶν, οὐκ ἔα εἰπέμεναι

*Sed ille me mento apprehenſum non ſinit loqui.*

## ANNOTATIO.

Vulgò producitur myſtax myſtacis, cum tamen Poëtæ Græci corripiant, vt ex allatis exemplis conſtat.

Quæ nomina in αξ, incrementum habent breve, quæ longum, varia præcepta traduntur. Primùm enim ſunt qui dicant, omnia nomina plurium quàm duarum ſyllabarum habere, α, longum : maximè ſi penultima ſit brevis. ὁ ἱέραξ.

ραξ, ἱέρακος, *accipiter*: ὁ οἰκοφύλαξ, οἰκοφύλακος, *cuſtos domus*. Ita præter cæteros Laſcaris in ſua Grammatica.

Cæterùm niſi præceptum hoc intelligatur de ſimplicibus vocabulis, non erit verū. Nam ὁ νυκτικόραξ, ὁ ἀρκτοφύλαξ, & ipſum Laſcaris exemplum, ὁ οἰκοφύλαξ, α breve habēt, & multò magis ὁ καὶ ἡ ἐριβώλαξ, *ferax*. ὁ καὶ ἡ πολυπίδαξ, *fontibus abundans*; Et tamen omnia iſta pluribus, quàm duabus ſyllabis conſtant: ſequuntur autem hæc & ſimilia compoſita naturam & quantitatem ſimplicium. Nec refert quod apud Manilium lib. 1. legimus.

*Permeat Arctophylaca petens per terga draconem.*

Nam metri neceſſitate produxit brevem.

Secundò dicunt in diſyllabis, tunc α incrementum eſſe longum cum prior vocalis natura longa eſt, ὁ φαίαξ φαίακος, *phaax*. ὁ θώραξ, θώρακος, *thorax*. ὁ πλούταξ, *valdè dives*. ὁ οἴαξ, *temo, navis gubernaculum*. Hæc eodem loco idem Laſcaris. Sed tamen præceptum hoc certum non eſt. Nam & ἡ αὖλαξ, *ſulcus* primam natura longam habet, & ſimiliter ὁ vel ἡ πίδαξ *fons*. & ἡ βῶλαξ, *gleba* & ὁ δρώπαξ, *Dropax, medicamenti ſpecies*, & tamen in obliquis corripiuntur. Priorum attulimus jam exempla. βῶλαξ corripitur apud Theocr. Idyll. 17.

Νεῖλος ἀναπλύζων δι' τερὰν ὅτε βώλακα θρύπτει.

*Nilus cùm exundans humidam gebam comminuit.*

Alterius incrementum breve eſt apud Auſonium Epigram. 1, c. 3. Hinc ruit etiam illa generalis præceptio cum dicũt, ſi penultima poſitione dundaxat longa ſit, tunc a incrementũ eſſe breve, ὁ ἅρπαξ, *rapax*, ὁ κέκραξ, *vociferator*. Excipiunt ὁ κόρδαξ, *cordax, genus ſaltationis comicæ.*

Sed vt hoc maximè verum ſit, non tamen omnem mihi ſcrupulum eximet hæc regula. Nam ſi occurrat ὁ μύσταξ vel ἡ μάσταξ, v. g. vel ἡ λάρναξ, *vrna*, nunquã me docebit vtrũ prima ſyllaba ſola poſitione, an verò poſitione ſimul & natura ſit longa. Nam qui hoc negant fieri poſſe, velim dicant, quantum ſit a in his vocabulis. ὁ θώραξ & ἱέραξ, & μᾶλλον, *magis*. An non eſt longum natura & poſitione.

Tertiò ſunt qui dicunt, ſi a, nominativi breve ſit, tunc etiam breve futurum in incremento. Sed Neque hoc documentum reddit me certum de quantitate. Nam licet interdũ ex accentu circumflexo cognoſcere poſſimus a, vltimæ ſyllabæ eſſe breve, vt ἡ αὖλαξ, ἡ οὖραξ, ſæpè tamen hoc præſidio deſtituemur, tũ quia non omnes accentum circumflexũ notant in ſyllaba longa antecedente alterã, ſola poſitione lon-

ne longam, tum quia ſaltem in alijs vocabulis, vbi prima ſyllaba poſitione duntaxat longa eſt neſciemus quantum ſit poſterius alpha, ἡ λάϱναξ, ὁ ἅϱπαξ, tum quia fieri poteſt, vt anceps in recto ſit longa naturâ in obliquis verò brevis, σῦς, συὸς, *ſus*, μῦς, μυὸς, *mus*. πῦϱ, πυϱὸς, *ignis*.

Itaque nihil certò & conſtanter hic præſcribi poteſt, quamvis partim ex Latina Proſodia, præſertim Emmanuelis, partim obſervatione & notatione, partim etiam his qualibuscunque documentis, ſatis multa de harũ vocum in αξ quantitate cognoſcere liceat.

Illud etiam obſervetur tanquam ſignum certum, tunc a, harum & ſimilium dictionum eſſe longum cùm â Poëtis vertitur in η. Nullum enim a. breve à nominibus in αξ, mutant ipſi in η. Theoc. Idyll. 9.

ἴϱηκες δ᾽ ἴϱηξι, pro ἱέϱακες, ἱέϱαξι.
*accipitres accipitribus chari ſunt.*

Et ſæpè apud Homerum occurrit θώϱηκες, pro θώϱακες.

## CAPUT DECIMUM.

# DE JOTA INCREMENTO QUINTÆ DECLINATIONIS.

I.

JOta incrementum nominum neutri generis, breve eſt, τὸ μέλι, μέλιτος, *mel*, τὸ σίνηπι, σινήπιος, *ſinapi*.

II. Fœmininorum quoque & maſculinorum baryto-

baryтonorum in ιος & ιδος & ιτος, ἡ πόλις, πόλιος. *civitas*, ἡ ἔρις, *lis*, ἔριδος, ἡ χάρις, *gratia*, χάριτος. ἡ θέμις, *jus*, *fas*, θέμιτος, vel θέμιδος; itemque ἴς, ἴνος, tam interrogativum quam infinitivum cum ſuis compoſitis, ὅςις, ἥτις, ὅ, τι, ὁ ὄφις, *ſerpens*, ὄφιος. ὁ πάρις, *Paris*. ὁ καὶ ἡ νῆςις, νήςιδος, *jejunus*.

III. Fœmininorum etiam oxytonorũ in ιδος, ἡ πατρὶς, πατρίδος, *patria*. φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν, vt paſſim apud Homerũ, ἡ ἀμαρυλλὶς, ἀμαρυλλίδος, *Amaryllis*. ἡ ἑλληνὶς, ἑλληνίδος, *mulier Græca*. ἡ ἀσπὶς, *clypeus*. ἀσπίδος.

## EXCEPTIONES.

Excipiuntur tamen primò fœminina & maſculina dicatalecta, id eſt, quæ duas habent in Recto terminationes ὁ δελφὶς, δελφῖνος, *delphinus*. ἡ ἀκτὶς, *radius*, ἀκτῖνος. ἡ σαλαμὶς, σαλαμῖνος, *Salamis*, & ſimilia, quæ etiam in ιν deſinunt δελφὶν, ἀκτίν.

Secundo excipiuntur monoſyllaba ſive ſint duarum terminationum, ſive vnius tantùm, præter δὶς, διὸς, *Iuppiter*, quod breve eſt ὁ vel ἡ θὶν, θινὸς, *littus*. ἡ ῥὶν, *naſus*. ἡ ἶν vel ἶς, *fibra*, ſeu *vis*. ἰνὸς, ἰνὶ, ἶνα. λῖς, λιτὸς, *pannus lineus ſubtilis*. ὁ λὶς, ſeu λὶν, λιὸς, *leo*. ὁ κὶς, κιὸς, *vermiculus*, *qui in ligno vel frumento naſcitur*. Theoc. Idyll. 22.

ἐκβάντες δ᾽ ἐπὶ θῖνα βαθὺν καὶ ὑπήνεμον ἀκτήν.

*Exſcendentes in littus & in oram ventis ſubjectam.*

Idẽ

Idem Idyll. 1. αἰδέ οἱ ᾠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες.

*Vndiq; tument illi in cervice fibræ ſeu venæ.*

Homer. Iliad. 8. ἅρματα δ' ἀμβωμοῖσι ἔθει κατὰ λῖτα πετάσας.

*Currus vero ſuper altaria poſuit, linea tegmẽta obtendens.*

Theod. λιὸς ὀρεσκώοιο ἀγηνορίην ποτὲ Σαμψών.

*Montani leonis vim olim domans Sampſon.*

Theocr. Idyll. 1. καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

*Semper ei in naſo acris bilis inſidet.*

## ANNOTATIO.

Pleraque ex prædictis accentu cognoſcuntur, ſi enim nomen accentum circumflexum in accuſativis, & nominativis pluralibus habeat, ſignum eſt vocalem illam vbique eſſe longam, vt θὶν, θινὸς, θῖνα; aliâs haud circumflexo, ſed acuto notaretur. Illud λῖτα, quo vtitur Homerus, deducunt aliqui à ſingulari λῖτον, interim tamen, vt monet etiam Euſtathius Iliad. 8. invenitur dativus λιτὶ. Hom. εἷον ἑανῷ λιτὶ κάλυψεν, quem Grammatici à Recto ὁ λῖς deducunt, & eſt generis neutri.

Si enim ſecundum Euſtathium dativus hic eſt generis neutri, neceſse eſt, etiam Rectum illius eſſe generis neutri, qualiscunque tandem ſit. Alij ajunt eſſe generis maſculini, ὁ λῖς. Celebrant porrò Poëtæ â nomine λῖς, *leo*, præcipuè accuſativum λῖν Theoc. Idyl. 13.

ὃς τὸν λῖν ὑπέμεινε τὸν ἄγριον ἤρατο παιδός.

*Qui leonem agreſtem ſuſtinuerat puerum amavit.*

Ait Laſcaris primam in λιὸς etiam brevem reperiri, ſed non adfert exemplum.

Tertiò excipitur ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, *avis, ales*, penultima longa, ἡ μέρμις, μέρμιθος, *funiculus*, & εὐκνήμιδες, paſſim apud Homerum. εὐκνήμιδες Ἀχαιοὶ, *benè ocreati Achivi.*

Hom. Odyſs. 5. ἔνθα δέ τ' ὄρνιθες τανυσίπτεροι εὐνάζοντο.

*Vbi Volucres alatæ ſtabulant ſeu cubile ponũt.*

Theocr. Idyll. 7. καὶ μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν ἀντία κοκκύζοντες.

*Et Muſarum volucres, quæ crocitant contra Chium cantorem.* Nam Dores ὄρνιχος dicunt ab ὄρνιξ,

Phocyll. tamen corripuit.

Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ', ἀλκὴν δὲ λέουσι.

*Volucribus quidem multam celeritatem, fortitudinem verò leonibus.*

Hom. Iliad. 1. Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.

*Atridæ & alij benè ocreati Achæi.*

Odyſſ. 10. κατέδει μέρμιθι φαεινῇ.

*Alligabat funiculo pulchro.*

Quartò excipiuntur nonnulla quæ jota genitivi circumflectunt ἡ κρηπὶς κρηπῖδος, *crepido*,

*κνημὶς, κνημῖδ☉, tibia.* ἡ σφραγὶς, σφραγῖδ☉, *ſigillum.* κλῂὶς κλῃῖδ☉, *clavis.* ἡ ἀψὶς ἀψῖδ☉, *fornix, arcus.*

ANNOTATIO.

Quæ hujuſmodi vocabulis jota longum habentibus componuntur, retinent ipſum quoque jota longum, etiamſi mutetur accentus, ὁ χρυσάκτις, *aureos radios habens.* ὁ εὐκνήμις, *benè ocreatus.*

IV. Jota incrementum nominum in ιξ & ιψ breve eſt, ἡ θρὶξ, τριχὸς, *capillus.* ὁ καὶ ἡ καλλίθριξ, καλλίτριχ☉, *pulchricomus.* hinc paſſim apud Homerum, καλλίτριχες ἵπποι, *pulchricomi equi.* ὁ καὶ ἡ ὕστριξ, *hyſtrix ſpecies erinacij.* ἡ στὶξ, στιχὸς, *ordo ſeries.* ἡ κύλιξ, κύλικ☉, *calix.* ὁ κίλιξ, κίλικ☉, *Cilix.* ἡ ἕλιξ, ἕλικ☉, *involucrum.* ὁ καὶ ἡ ἧλιξ, ἥλικ☉, *æqualis ætate.* ὁ καὶ ἡ ὁμήλιξ, ὁμήλικ☉, *coætaneus.* ἡ χοῖνιξ, *chœnix, ſemodius.* ὁ χέρνιψ, χέρνιβος, *pollubrum, ſeu aqua qua lavantur manus.* ἡ κατῆλιψ, *ſcala.* κατήλιφ☉. ὁ καὶ ἡ αἴγιλιψ, αἰγίλιπ☉, *petra quæ à capris relinquitur ob altitudinem,*

Homer. Iliad. 4. ἀμφὶ δέ μιν κρατεραὶ στίχες ἀσπιστάων.

*Circa illum erant robuſti ordines clypeatorum.*

Hom. Odyſs. 1. χέρνιβα δ' ἀμφίπολ☉ πρoχόῳ ἐπέχευε φέρουσα.

*Aquam verò ancilla ex gutto ſeu pollubro fundebat ferens.*

ANNO-

## ANNOTATIO.

Adde his compoſita à τρὶψ, ὁ παιδότριψ, idẽ quod παιδοτρίβης, *pædotriba*. ὁ οἰκότριψ, *verna, ſeruus vernaculus*. dicitur etiã οἰκοτρίβης, ἁλότριψ, *peſtilus quo ſal contunditur*. ἁλετρίβανος. Interpres Ariſt. καὶ τοῦτον δικάρανον ἁλότριβα, & hunc bicipitem piſtillum ſalis. Eſt autem penultima in voce παιδοτρίβης, *pædotriba*, breuis tam apud Græcos quàm apud Latinos, ſicut & vox ἡ τρίβος, quæ à terendo, viam ſignificat. Hinc παιδοτριβικῶς, Ariſtoph.

ἀλλ' εὖ λέγεις καὶ παιδοτριβικῶς ταυτάγε.

*Benedicis hæc & pædotribice.*

Excipe ὁ τέττιξ, τέττιγος, *cicada*. ὁ καὶ ἡ πέρδιξ, πέρδικος, *perdix*. ἡ μάστιξ, μάστιγος, *flagellum*. ἡ σμῶδιξ, *vibex*. ὁ φοῖνιξ, φοίνικος, *phœnix*, item *palma*. & ἀΐξ, ἀΐκος, *impetus*. ὁ καὶ ἡ πολυάϊξ πολυάϊκος, *impetuoſus*. & monoſyllaba ὁ ῥίψ, ῥιπὸς, *ramus ſalignus, vimen textile*. ἰψ ἰπὸς, *vermis ſpecies qui cornua corrodit*, vt ait Euſtath. Iliad. 1.

Theoc. Idyl. 9. τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.

*Cicada amica eſt cicadæ, & formica formicæ.*

Oppian. κυνηγ. 2. πέρδικες θοῦροι, δὲ πυρώδεες, αἰολόδειροι.

*Perdices celeres, flammantes, & varij colli.*

Hom. Iliad. 10. τόξῳ ἀπιπλήσσων ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινήν,

*Telo percutiens, quia ſcuticam ſeu flagellum (non habebat.)*

Hom. Odyſs. 15. ἔνθα δὲ Φοίνικες ναυσίκλυτοι ἤλυθον ἄνδρες.

*Vbi verò Phœnices navibus inclyti viri venerũt.*

Dionyſ. Ἀκερσόκομοι Φοίνικες ἐπηρεφέες πεφύασι.

*Vbi Palmæ alticomæ, opaca, ortæ ſunt.*

Hom. Odyſs. 21. μὴ κέρας ἶπες ἔδοιεν ἀποιχομένου βασιλῆος.

*Ne abeunte Rege vermes cornu corroderent.*

Iliad. 11. ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο.

*Sed plurima pars belli violenti mihi incumbit*

ANNOTATIO.

Σμῶδιξ etiam σμώδιγγος habet à recto σμῶδιγξ. Homer. Iliad. ψ.

Πυκναὶ δὲ σμώδιγγες ἀνὰ πλευράς τε καὶ ὤμους.

*Frequẽtes erant vibices per latera & humeros.*

D. Gregorius Nazianz. corripit incrementum nominis μάστιξ.

μάστιγας Αἰγύπτοιο κακόφρονος οἷεν ἀέθλοις.

*Semper munera malè ſanæ plagas Ægypti.*

CAPVT XI.

## DE Y INCREMENTO QUINTÆ DECLINATIONIS.

I. Y. Incrementum à nominibus monoſyllabis in υς, & à neutris in υ, & à paroxytonis & oxytonis,

oxytonis & periſpomenis in υς & υρ, breve eſt, ὁ καὶ ἡ σῦς, ὗς, *ſus*, συός. ὁ μῦς, *mus*, μυός. ἡ δρῦς, *quercus*, δρυός. τὸ γόνυ, γόνυος, *genu*. τὸ δόρυ, δόρυος, *haſta*. τὸ δάκρυ, δάκρυος, *lackryma*. ὁ βότρυς, *botrus* βότρυος, ὁ νέκυς, νέκυος, *mortuus*. ὁ στάχυς, *ſpica*. στάχυ@, ἡ χλαμὺς, χλαμύδ@, *chlamys*. ὁ ἰχθὺς, vel ἰχθῦ@, *piſcis*. ἡ ὄφρυς, ὀφρύ@, *ſupercilium*. ἡ ὀσφῦς, ὀσφύ@, *lumbus*. ὁ μάρτυρ, μάρτυρ@, *teſtis*. ὁ ψίθυρ, ψίθυρ@, *ſuſurro*. quib s adde, τὸ πῦρ, πυρὸς, *ignis*. ὁ καὶ ἡ κύων, *canis*, κυνός.

Odyſſ. 10. ἔδμεναι οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.

*Edere ſicut ſues humi cubantes ſemper edunt.*

Tryphiod. Δάκρυσι λαθριδίοισιν ἐπικλαύσαντες Ἀχαιοί.

*Lacrymis occultis allacrymabantur Græci.*

Hom. Iliad. 24. ἔρχεται ὠμηστῆσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα.

*Venit mortem ferens piſcibus.*

Odyſſ. 4. αὐτὰρ ὁ πικρὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβε.

*Cæterum ille amaras fundebat ſub ſupercilio lachrymas.*

*EXCEPTIO.*

Producitur à Theocryto Idyll. 4. ἡ κώμυς, κώμυθ@, *faſciculus, manipulus*. καὶ μαλακῶ χόρτοιο καλὸν κώμυθα δίδωμι, *& mollis graminis bonū do manipulum.* Invenies alia quoque nonnunquam

nunqnam à Poëtis producta, vt ἡ ἰλὺς, ἰλύος, *limus*. Iliad. 21.

*κείσετ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα.*

*Iacebant (arma illius) limo tecta.*

II. Nomina in υν, quæ etiam in υς deſinunt in incremento longo conſtant. ὁ Φόρκυν, καὶ Φόρκυς, Φόρκυνος, *Phorcys*. ἡ γόρτυν, γόρτυνος, *Gortyn, civitas Cretæ*. ὁ μόσυν, μόσυνος, *turris vel domus lignea vel ſedes*.

Homer. Odyſſ. 1. Φόρκυνος θυγάτηρ, *filia Phorcyni*.

Idem Odyſſ. 3. ἐσχατιῇ γόρτυνος ἐν ἠεροειδέι πόντῳ.

*Ad fines Gortynis in obſcuro ponto.*

Apoll. αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσσυνι θαάσσας.

*Cæterum Rex in altiſsima ſede ſedens.*

Dionyſ. καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι δουρατέους.

*Et qui ligneas habent ædes.* πτ

III. Nomina in ξ & ψ ferè habent breve incrementum, ὁ ὄνυξ, ὄνυχος, *vnguis*. ἡ ἄντυξ, ἄντυγος *ambitus orbis, ſeu curvatura rotæ*. ἡ πτέρυξ, πτέρυγος, *ala*, ὁ vel ἡ ἄμπυξ, ἄμπυκος, *reticulum redimiculum muliebre*. ἡ στύξ, στυγός, *Styx*. ἡ πτύξ, πτυχός, *pliga, involucrum*. ἡ κάλυξ, κάλυκος, *folliculus*. ὁ χάλυψ, χάλυβος, *Chalyps*. κίνυψ, κίνυφος, *Cinyps, nomen fluvij*, ὁ ἔρυξ, ἔρυκος, *Eryx, nomen montis*.

Lib. 3. Epigram. οὐκ ἔτι δὴ πτερύγεσσι λιγυφθόγγοισιν ἀείσεις.

*Non amplius canes alis canoris.*

Hom. Iliad. 18. πάντοσε δαιδάλλων περὶ δ᾽ ἄντυγα βάλλε φαεινὴν τρίπλακα μαρμαρέην.

*Undique variegans, circumque circulum jecit lucidum, triplicem, ſplendentem.*

Theoc. Idyll. 1. ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι παρ᾽ δέ οἱ ἄνδρες.

*Ornata peplo & redimiculo, juxta illam autem viri ſunt.*

Excipe ὁ κόκκυξ, *cuculus*, ὁ βόμβυξ, *Bombyx*. ὁ κήυξ, *Ceyx*. Vide Emmanuelem.

ὁ κῆρυξ, *præco.* communiter producitur Iliad 1. χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι, *ſalvete præcones, Jovis nuntij.* legitur tamen correptum apud Homerum. Iliad. 17.

κήρυκι ἠπυτίδῃ.

ὁ βέβρυξ, βέβρυκος, *Bebryx*, anceps eſt.

Theoc. Idyll. 22. κόχλῳ φυσαθέντος ἀεὶ βέβρυκες κομόωντες.

*Inflata concha (convenerunt) Bebryces ſemper comati.*

Hom. Iliad. 2. βεβρύκων βασιλῆος.

ὁ γρὺψ γρυπὸς, *Gryps*, & ὁ γύψ, γυπὸς, *vultur*, υ longum habent.

Iliad. 22. τάχα κέν ἑ κύνες καὶ γῦπες ἔδονται.

*Comedent illum vultures & canes.*

Et hæc de incrementis nominum.

## CAPUT XII.

# DE QUANTITATE VERBORUM IN PRÆSENTI ET IMPERFECTO

I.

Quanta eſt ſyllaba immutabilis in præſenti, tanta eſt in imperfecto, tam activo quàm paſſivo omnium modorum, etiam in participijs, κρίνω, *judico.* ἔκρινον, κρίνομαι, ἐκρινόμην, κρινόμενος, prima vbique longa. γράφω, *ſcribo.* γράφομαι, ἔγραφον, ἐγραφόμην, ἐγραφόμενος, prima brevi.

II. Verba in υνω producunt penultimam in præſenti & imperfecto, μολύνω, *contamino.* πραΰνω, *mitigo.* βραδύνω, *tardo.* ἰθύνω, *dirigo.* ἀμύνω, *vlciſcor, ſeu auxilior, propulſo.* δύνω, *ſubeo. ingredior,* & alia hujus generis.

Odyſſ. 8. ἄστει καὶ τεκέεσσιν ἀμύνων νηλεὲς ἦμαρ.

*Ab Vrbe & liberis crudelem diem propulſans.*

III. Verba in ανω, vt μανθάνω, *diſco.* βλαστάνω, *germino.* ἁνδάνω, *placeo.* λαμβάνω, *accipio.* λαγχάνω, *ſortior,* & ſimilia, penultimam habent brevem. Iliad. 1.

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ.

*Sed non placebat animo Atreidæ.*

Sophoc. Elect. αἴσχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις.

 Turpiſsi-

*Turpiſſima omnium facinora facis.*

Idem ibid. ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις.

*Quod ob filiam repoſcas pœnam.*

Excipe ἱκάνω, *venio.* κιχάνω, *invenio. aſſequor.* φθάνω, *prævenio, præoccupo.*

Iliad. 2. καρπαλίμως δ' ἵκανε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.

*Statim autem pervenit ad celeres Græcorum naves.*

Corripitur tamen in βάτραχ.

Καὶ πτέρνης λαβόμην, καὶ ὁ πόνος ἵκανεν ἄνδρα.

*Calcaneum apprehendo, neque dolor occupat virum.*

Iliad. 9. πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν.

*Longè præcurrit, antevertit autem omnem terram.*

Iliad. 22. νῦν δ' αὖτέ με μοῖρα κιχάνει.

*Nunc mors me aſſequitur.*

Iliad. ρ. θείων ἐκίχανεν ἑταίρους.

*Currens aſſecutus eſt ſocios.*

## ANNOTATIO.

Quidam inter quos Renatus Guillionis in ſua Grammatica, tradunt nonnulla in ανω formari à futuro, & illa penultimam habere longam, αὐξάνω, *creſco.* ab αὐξήσω. οἰδάνω, οἰδάνομαι

ab οἰδέω, *tumefacio, turgeo, tumeſio.* οἰδάνω tamen corripitur ab Homero Iliad. 9.

ὅςε καὶ ἄλλων

οἰδάνει ἐν ςήθεσι νόον πύκαπερ φρονεόντων.

*Quæ (ira) & aliorum inflat in pectoribus mentem prudenter quamvis ſapientium.*

Ibidem. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ ὁππότ' ἐκείνων μνήσομαι.

*Cor mihi ira turgeſcit quoties illorũ recordor.*

IV. Verba in υω & ιω ſive duarum ſive plurium ſyllabarum, ſæpè producunt penultimã & ſæpè etiam corripiunt, πτύω, *ſpuo.* ποιπνύω, *miniſtro,* ἱδρύω, *ſtatuo, ſedere facio.* ἐρητύω, *cohibeo, reprimo* μηρύω ſeu μηρύομαι, *revolvo, glomero.* ὠρύω ſeu ὠρύομαι, *ululo.* θύω, *ſacrifico.* λύω, *ſolvo.* ῥύομαι, *libero.* δακρύω, *lachrymor.* κωκύω, *eiulo.* δύω, *ſubeo.* φύω, *naſcor.* ἐρύω, *traho.* κυλίω, *volvo.* μηνύω, *indico, ſignifico,* ἀνύω, *perficio.*

Theoc. Idyll. 24. ἐπὶ χθονὶ γαςέρας ἄμφω αἱμοβόρως ἐκύλιον ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ ἐρχομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν.

*Humi ventres ambo (ſerpentes)*

*Sanguinem vorantes, volvebant, ab oculis verò mala flamma venientibus lucebat noxiumque expuebant venenum.*

Iliad. 1. ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

*Vt viderunt Vulcanum per domum miniſtrantem.*

Odyſſ. 3. ὡς ἔφατ᾽ οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἐποίπνυον ἦλθε μὲν ἂρ βοῦς.

*Sic dixit, illi verò omnes adminiſtrabant, venit verò bos.*

Odyſſ. 13. ὐκ ἐμήεις ἔσσομαι ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίωσι.

*Non ero honoratus cum mortales me minimè colant.*

Odyſſ. 11. πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἐτίομεν ἶσα θεοῖσι.

*Antea enim te vivum honorabamus vt Deum.*

Odyſſ. 7. Καί μιν ἔτισ᾽ ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται.

*Honoravit illum, vt nullus alius in terra honoratur.*

---

## CAPVT XIII.

## DE QUANTITATE VERBORUM IN FUTURIS ET AORISTIS.

### 1.

Futurum primum quintæ conjugationis perpetuò corripit penultimam. ψάλλω, ψαλῶ, *pſallo.* αἴρω, ἀρῶ, *tollo.* μολύνω, μολυνῶ, *contamino.* κλίνω, κλινῶ, *reclino.*

### ANNOTATIO.

Ex hac regula ſequitur omnia futura prima quintæ conjugationis vocis activæ & mediæ omnium modorum brevia eſſe, in illa ſyllaba quæ penultima fuit in futuro primo vocis activæ. κρινῶ, κρινοῖμι, κρινεῖν, κρινῶν, κρινοῦμαι, κρινοίμην, κρινεῖσθαι, κρινούμενος, μολύνω, μολυνοῦμαι.

An-

II. Anceps Aoriſti ſecundi eſt brevis: *κρίνω, judico.* ἔκρινον, λείπω, *relinquo.* ἔλιπον, φεύγω, *fugio.* ἔφυγον. τρώγω, *comedo.* ἔτραγον, λήβω, ſeu λαμβάνω, *accipio.* ἔλαβον. φράζω, *loquor.* ἔφραδον. ὀρύττω, *fodio* ὀρύξω, ὤρυγον. ψάλλω, ἔψαλον. fieri tamen poteſt, vt obſtet huic præcepto poſitio, quam ſemper exceptam volumus. Et eſt cum etiam ſine poſitione penultima producitur.

Hom in βατρ. οὐδέποτ' ἐκ πολέμοιο κακὴν ἀπέφυγον αὐτήν.

*Nunquam ex bello malum effugi clamorem.*

Ibid. Ἥδυμος οὐκ ἀπέφυγεν ὕπνος, δάκνοντος ἐμοῖο.

*Suavis non aufugit ſomnus, me mordente.*

ANNOTATIO.

Ex hac regula cognoſces brevem eſſe ſyllabam reſpondentem penultimæ hujus Aoriſti in omnibus Aoriſtis ſecundis, quorumcunque modorum, etiam vocis paſſivæ, & in futuris ſecundis, activis & medijs, quæ ſemper primam ſyllabam ſimilem habent penultimæ Aoriſti activi. τύπτω, ἔτυπον, ἐτύπην, τυπήσομαι, τυπησοίμην, τυπῶ, τυπήσεσθαι, τυπησόμενος, τυπῶ, τυποῖμι, τυπεῖν, τυπεῖν, τυποίμην, τύπωμαι, τυπούμενος, prima vbique brevi, quia in Aoriſto ſecundo activo brevis eſt.

III. Aoriſtus primus activus tam in quinta quam in alijs conjugationibus penultimam habet longam, *τίω, honoro,* τίσω, ἔτισα. λύω, *ſolvo,* λύσω, ἔλυσα. Hom, Iliad. 1.

Χωόμενος, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας.

*Iratus quod fortiſſimum Achivorum non honoraveris.*

Ibidem. οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα.

*Neque liberavit filiam & non accepit pretium liberationis.*

ANNOTATIO.

Hoc præcepto facilè colligere eſt eandem ſyllabam itidem manere longam in aliorum modorum Aoriſtis primis activæ & mediæ vocis, τῖσον, τίσαιμι, τίσω, τῖσαι, τίσας, ἐτισάμην, τίσαι, τισαίμην, & ſic de cæteris.

Hom. Iliad. I. τίσαιαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι.

*Solvant Danai meas lachrymas tuis telis.*

EXCEPTIONES.

Excipiuntur I. circumflexa nonnulla in εω quæ in futuro, & quod hinc ſequitur in Aoriſto quoque primo ε retinent, τελέω, *perficio.* τελέσω, ἐτέλεσα.

II. Verba quartæ conjugationis, quorum futurum in σω exit, φράζω, φράσω, ἔφρασα, *loquor.* γουνάζω ſeu γουνάζομαι, *flexis genibus oro.* ἑτοιμάζω, *paro.* ἡτοίμασα. ἐρίζω, *contendo.* ἤρισα. νομίζω, *puto.* ἐνόμισα. χαλάζω, ἐχάλασα, *laxo, remitto.* κλύζω, *mergo.* κλύσω, ἔκλυσα, quia horum & ſimilium α, vel ι, vel υ. in futuro, breve eſt, & quod hinc ſequitur etiam in Aoriſto primo,

primo,

primo, cum nulla mutatio interveniat. Theocrit.

*ὗς ποτ' Ἀθηναίην ἔριν ἤλασε.*

*Sus cum Minerva contendit.*

III. Idem fit etiam in verbis circũflexis in αω. Nã quæcunq; ex his ante α vocalẽ conſonantẽ habent præter ρ corripiunt alpha in futuro, & in Aoriſto primo; producunt verò ſi habent ρ, vel vocalẽ ante α, γελάω, γελάσω, *rideo.* ἐγέλασα. θλάω, θλάσω, ἔθλασα, *frango.* σπάω, *vibro, flecto.* σπάσω, ἔσπασα. ἐλάω vel ἐλαύνω, ἐλάσω, ἤλασα, *agito, impello.* vbique α breve eſt. at in ἐάω, *ſino.* δράω, *facio.* ἀκροάω, *audio.* θεάω, *ſpecto.* περάω, *tranſeo.* πειράω, *conor.* φυράω, *miſceo.* longum eſt alpha, futuri & Aoriſti. Homer. Iliad. 1.

*οὐ γάρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν.*

*Non enim vnquam meas boves abegerunt.*

Odyſſ. 18. ὀστέα δ' εἴσω

ἔθλασεν, αὐτίκα δ' ἦλθεν ἀνὰ στόμα φοίνιον αἷμα.

*Iliſit oſſa intro & ſtatim fluxit ex ore ſangvis.*

Iliad. 19. ἐκ τ' ἄρα σύριγγος πατρώιον ἐσπάσατ' ἔγχος.

*Ex vagina paternum eduxit gladium.*

IV. Poëtæ in hujuſmodi Aoriſtis σ interdum geminare ſolent, vt penultima producatur, ἐτέλεσσα, ἐγέλασσα, φρασσάμενος, pro φρασάμενος. Iliad. 1.

ἀνὰ

ἀνὰ δ' ἱστία λευκὰ πέτασαν.

*Alba vela extenderunt.*

V. Interdum producunt ſine vlla geminatione. Odyſſ. 10.

σπασάμενος τανήκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ.

*Vibrans acutum gladium à craſſo femore.*

VI. Sæpè etiam corripitur Aoriſtus ab alijs verbis deductus, ἐρύω, *traho*. Iliad. 1.

αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν.

*Retrò traxerunt primo & mactárunt & excoriarunt.*

Iliad. 13. ὀδέ μιν τίσεν ἶσα τέκεσσι.

*Honoravit illum perinde ac filios.*

Odyſſ. 5. ὀψὲ δὲ δὴ ῥ' ἀνέδυ, στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην.

*Serò verò emerſit, & ore vomuit ſalſuginem.*

Theoc. Idyll. 6. ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

*Ne ſubirem invidiam ter in meum ſinum expui.*

## ANNOTATIO.

Supervacaneum exiſtimamus monere tum quoque in Aoriſtis alijs activis & medijs α, vel ι, vel υ, longum eſſe, cum in Aoriſto indicativi longum eſt. Jam enim aliquoties diximus eandem eſſe rationem reliquorum temporum, quæ ab hoc, vt ſic dicam, capite deſcendant.

## CAPUT XIV.

# DE QUANTITATE VERBORUM IN PRÆTERITIS.

I.

SI anceps ſit brevis in futuro vel Aoriſto primo, brevis quoque eſt in præterito perfecto activo & Paſſivo, & in Aoriſto & futuro primo paſſivo omnium modorum, γελάω γελάσω, γεγέλακα, ἐρίζω, ἐρίσω, ἤρικα. θλάω, θλάσω, τέθλακα, τείνω, τενῶ, τέτακα (nam & hoc α, ex ε, natum breve eſt) κρίνω, κρινῶ, κέκρικα, κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται, hinc verbalia brevia κρίμα, κρίσις, κριτὴς, ἐκρίθην, κριθήσομαι. φράσω, πέφρακα, πέφρασμαι, πέφρασαι, hinc φράσις. κλίνω, κλινῶ, χέκλικα, κέκλιμαι, κέκλισαι. hinc κλίμα, κλιτὸς, ἑτερόκλιτος. Theoc. Idyll. 6.

ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται.

*Vt mihi videtur.*

## ANNOTATIO.

Aliqui *κρίμα* circumflectunt, ſed verê acuitur penultima tum ratione derivationis tum quia Nonnus primam corripit.

Εἰς κρίμα διοσὸν ἔβην.

*In judicium duplex veni.*

Quamvis neceſſe non ſit, vt derivatum ejuſdem ſit quantitatis cum ſuo primogenito, multa enim eſſe quæ ſuæ originis quantitatem non ſequantur, jam ſupra dictum eſt, ſic ἡ κλί-

μαξ.

μαξ, & τὸ κλίτος, & ἡ κλιτὺς, producuntur, licet à præterito κέκλιμαι deduci poſſint.

Odyſſ. 21. κλίμακα δ' ὑψηλὴν προσεβήσατο οἷο δόμοιο.

*Scalam altam ſuæ domus aſcendit.*

Apol. κλίτεα παλλήναια καναστραίην ὑπὲρ ἄκρον, ἤνυσαν.

Hom. Odyſſ. 2. ἐς κλιτὺν ἀναβὰς καὶ δάσκιον ὕλην.

*In montis declivitatem & denſam ſylvam aſcendens.*

II. Quanta fuit anceps verbi in ſingulari, tanta manet in plurali τέτυφα, τέτυπα, τετύφαμεν, τετύπαμεν, ἐτυψάμεθα, τυψάτω, τύψατον, τυψάμενος, α vbique brevi.

EXCEPTIO.

Excipe tertiam perſonam pluralem præteriti in ασι, hæc enim longa eſt, τετύφασι, τετύπασι. Iliad. 4.

τὴν δ' ἐθέλω ὅθι τοι φίλοι ἀνέρες ἐκγεγάασι.

*Illam volo, vbi tibi dilecti viri nati ſunt.*

Mimnermus. οὐκ ἀγαθὸν, κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι.

*Non bonum, Parcæ autem nigræ nobis aſtant.*

ANNOTATIO.

I. Theoc. Idyl. 22. Corripuit penultimam præteriti. ὑψηλαὶ δὲ πεφύκασιν ἀγχόθι πεῦκαι.

*Sublimes autem propè natæ erant pinus.*

Hom. Odyſſ. 11. τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι.

*Moriun-*

*Moriuntur, honorem verò Dijs æqualem nacti ſunt.*

Quidam tamen legunt πεφύκεσαν. Illud etiã Homeri Iliad. 1. peculiare eſt.

παῖδα δ᾽ ἐμοὶ λύσατε φίλην.

*Libertate mihi charam filiam.*

III. Participium fœmininum Aoriſti primi in ασα longum eſt, τύψασα, γράψασα, ἀΐξασα, paſſim apud Homerum. Et Odyſſ. ω.

ἡ μὲν τὸν πλύξασα καὶ ἀσκήσασα χιτῶνα

πασσάλῳ ἀγκρεμάσασα παρὰ τρητοῖσι λέχεσσι.

*Illa quidem plicato & aptato induſio & ex trabe ſuſpenſo juxta vermiculatos lectos, &c.*

IV. Quoties ex præterito vel κ, vel vocalis abjicitur, anceps quæ remanet corripitur, πέφυκα, πέφυα. δέδοικα, δέδια. Nam licet πέφυκα penultima longa conſtet, πέφυα tamen penultimam corripit.

V. In alijs quoque temporibus anceps relicta ex abjectione alterius vocalis pro brevi habenda eſt, ἔφυγον à φεύγω, *fugio.* ἔλιπον à λείπω, *relinquo.* ἤλυθον ab ἠλεύθω, *venio.* ἔπυθον à πεύθω, *audio.* πυθόμενος, De qua re jam ſuprà dictum eſt cap. 7.

VI Breves ſunt ancipites in Atticis verborum repetitionibus, tam in primis, quàm in penultimis ſyllabis, ἀκήκοα ab ἀκούω, *audivi.* ἀλήλιφα, ab ἀλείφω, *ungo.* ἐλήλυθα, ab ἐλεύθω, *venio.* ἐρήρικα, ab ἐρίζω, *contendo.* in

VII. In alijs iidem verbis reduplicationis ancipitum breves ſunt, ἄχημι, *doleo.* ἀκάχημι, ἀλύκτημι, ἀλαλύκτημι, *in anguſtias redigio.* ἄλημι, ἀλάλημι, *erro.*

VIII. Anceps ante πτ natura brevis eſt, βάπτω, *tingo.* θάπτω, *ſepelio.* σκάπτω, *fodio.* τύπτω, *percutio.* κύπτω, *inclino.* κρύπτω, *abſcondo.* νίπτω, *lavo.* præter πίπτω, *cado.* & ῥίπτω, *jacio.* Hinc βέβαφα τέθαφα, ἔσκαφα, νένιφα, penultimam habent brevem, at τέτυφα, κέκρυφα, κέκυφα, penultimam habent longam, licet υ in præſenti ſit breve natura, & tantùm poſitione longum. Ita docent plerique.

Nonnus καὶ νῶτα κεκυφότα τείρετο σίμων.

*Simon dorſo incurvus divexabatur.*

ANNOTATIO.

Videtur tamen regula non vſque adeò certa Nam præteritum medium τέτυπα à τύπτω, videtur penultimam corripere, tum quia inde formantur prima brevi, τυπὴ, *ictus*, *plaga*, & τύπος, *veſtigia aut nota pulſando impreſſa*, tum quia infinitivo paſſivo præterito penultima non circumflectitur, ſed acuitur, τετύφθαι; cùm juxta leges accentuum longa ex ſua natura ante finalem brevem, cujuſmodi eſt αι, circumflexo notanda ſit, ſi aliquem habeat accentum.

## CAPUT XV.

# DE QUANTITATE VERBORUM IN MI.

I.

PRopria reduplicatio verborum in μι brevis eſt omnibus temporibus, niſi obſtet poſitio. τίθημι, δίδωμι, ἐτίθην, ἐδίδων, τεθείην, δεδοίην, δίδομαι, τίθεμαι.

ANNOTATIO.

Dixi reduplicatio propria. Nam impropria etiam extra poſitionem non corripitur ferè, ἵημι, ἱέμενος, ἱείς.

II. Aliorum verborum reduplicationes itidem corripiuntur, τιθέω, *pono.* διδόω, *do.* τιτρώσκω, *vulnero.* διδράσκω, *fugio.* πινάινω, *collimo.* ſic ὄνημι, ὀνίνημι, *juvo, proſum.*

Excipitur γίνομαι, ſeu γίγνομαι, ſi tamen reduplicatione conſtat & γινώσκω.

Hom. Iliad. 24. οὐδέ οἱ αἰδὼς
γίνεται, ἥτ᾽ ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ᾽ ὀνίνησι.
*Neque ei pudor*
*Eſt, qui viros valdè lædit, aut juvat.*

Odyſſ. 3. φεῦγον ἐπεὶ γίνωσκον ὃ δὴ κακὰ μήδετο δαίμων.

*Fugi, cùm viderem quod Deus mala nobis moliretur.*

III. Ἄλφα ſecundæ conjugationis vbique corripitur in duali & plurali activæ vocis, & in ſingulari imperativi, & in paſſivo tam in ſingulari quàm in plurali, exceptis tamen perſonis in ασι.

ἵστατον, ἱστάτων, ἵστασαν, ἔστασαν,
ἵσταμαι, ἔσταμαι, ἐστάθην, σταθείς.

ANNOTATIO.

Longum tamen eſt α, præteriti activi. Nam ἕστακα pro ἕστηκα, dicitur Doricè. Eſt autem α, Doricum longum, hic tamen corripiendum videtur, cùm breve ſit in paſſivo. Illud Theoc. Idyll. 1. τῖν@ ὦ γαθὲ τόσσον ἔρασσαι, ab ἔραμαι, amo. geminato σσ ſcribendum eſt. Eſt autem α, etiã in infinitivo poëtico breve, ἱστάναι, ἑστάναι, ἱστάμεναι, ἵσταμεν.

IV. Υ. quartæ conjugationis in ſingulari activæ vocis producitur: ζεύγνυμι, ἐζεύγνυν, ἐζεύγνυς quod in diſyllabis magis advertitur. δῦμι, κλῦμι, φῦμι, ſunt enim properiſpomena. In duali verò & plurali, & in toto paſſivo & medio corripitur υ. Nam vbi cæteræ conjugationes habent η, vel ω, in ſingulari, ibi quarta habet υ productum; vbi verò cæteris in plurali eſt ε, vel ο, vel α, breve; ibi quarta ſuum quoque υ corripit. Hinc υ, Aoriſti 2. di activæ vocis indicativi modi dualis & pluralis numeri longum eſt ἔδυτε, quia alia quoq; verba in μι, præter hæc

duo

duo τίθημι & δίδωμι, longam vocalem in plurali hujus Aoriſti habent.

V. In Imperativo ſingulari corripitur υ in polyſyllabis κέκλυθι, κέκλυτε, ζεύγνυθι: at diſſyllaba producuntur. Iliad. 1.

*κλῦθί μευ ἀργυρότοξε.*

*Audi me Apollo.*

Homer. Iliad. 19. ἀλλ' ὄρσευ, πόλεμόν δὲ καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς.

*Sed excitare, & in bellum alios impelle populos.*

---

## *CAPUT XVI.*

# REGULÆ COGNOSCENDI QUANTITATEM ANCIPITUM IN PRIMIS ET MEDIIS SYLLABIS NOMINUM.

I.

ANceps vocalis ante aliam ſive brevem, ſive longam, non corripitur neceſſariò, vt apud Latinos fieri ſolet. ἰὸς, *venenum*, *ſagitta*. ἀὴρ, *aër*. ἰητὴρ, ſeu ἰατρὸς, *medicus*. prima longa.

Homer. Iliad. 4. τλαίης μὲν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν.

*Auſis ne Menelao celerem ſagittam immittere?*

## ANNOTATIO.

Apud Latinos pauca ſunt Latina, quæ vocalem ante vocalem non corripiant. Quando verò apud Græcos vocalis ante vocalem corripiatur, diſces vſu & obſervatione, partim præceptis, partim etiam ſubſidio Proſodiæ, & linguæ Latinæ; quis enim neſcit hoc vocabulum ἀὴρ, primam producere, item illa μαχάων, *Machaon*, διδυμάων, ποσειδάων, & ſimilia penultimam habere longam? ἀὴρ corripitur à Phocylide hoc verſu:

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
λυόμενοι κόνις ἐσμὲν, ἀὴρ, δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.

*Corpus enim habemus ex terra, & omnes in eam reſoluti, pulvis ſumus, aër verò ſeu cælum recipit ſpiritum.*

II. A in ſuperlativo ſemper corripitur. σοφώτατος, *ſapientiſſimus*. πραότατος, *mitiſſimus*.

III. Nomina in ια paroxytona, quæ vltimam habent longam, penultimam corripiunt, σοφία, φιλοσοφία, μαρία, συμφωνία, ὀρθογραφία, & alia hujus generis.

## ANNOTATIO.

Excipi ſolent hæc, ἀνία, ſeu ἀνίη, *triſtitia*. κονίη, ſeu κονία, *pulvis*. αἰκίη, *injuria*, *plaga* καλιὴ, ſeu καλιά, *nidus*. ὁρμιὴ, *tenuis funiculus*, *linea piſcatoria ex ſetis equinis*.

Eſt tamen cùm corripiuntur.

Theognis. μή ποτ' ἀνήκεστον, κύρνε λάβῃς ἀνίην.

*Ne vnquam triſtitiam immedicabilē aſſumas.*

Iliad. 2. πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν.

*Pronus in pulvere mordicus terram apprehendat.*

Sophoc. Elect. ἄνιν κατέπεφνεν αἰκίσται ἐκ αἰκίαις.

*Quæ ipſum occidit injuria turpiſſima.*

Phocyl. μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω.

*Neque accipiat quis ſimul omnes volucres ex nido.*

Solent interdum Poëtæ ſolita ſua licentia alias quoq; quamtumvis natura breves dictiones in *ια* producere, vt Theocritus ſeu quis alius Auctor in Syringe.

σύριγξ ὄνομ᾽ ἔχεις ἄδει δέ σε μέτρα σοφίης,

*Syrinx nomen habes, canunt verò te metra ſapientiæ.*

Odyſſ. 22. ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ᾽ ἀμείνων.

*Beneficium maleficio longè melius eſt.*

Fit hoc quia brevis eſt inter duas longas, vt & in his, *κρομμύων*, à *κρόμμυον*, *cæpa*, *νηδύων* ab ἡ νηδὺς *venter*, & in alijs. Hinc non adeò condemnandi ſunt, qui nonnunquam in Latino carmine idem ſibi permittunt, dum ſyllabam brevem inter duas longas ſitam producunt, vt fit in nomine *Andreas*, *Mathias*, & in ſimilibus maximè proprijs. Illi verò ferendi non

ſunt, qui hæc & alia hujuſmodi arbitratu ſuo producunt, *Maria*, *Sophia*, *Symphonia*, *harmonia*, quaſi penultimæ eſſent longæ, vel certe communes. Nec refert quod multis in locis vſitate accentu acuto illa vocabula pronunciantur. Notum enim eſt accentum & quantitatem apud Græcos diſtingvi. Vnde in carmine non attendendũ quis ſit accentus, ſed quæ quantitas, quamvis danda, vltroq; etiam aliquando ſumenda ſit licentia, vocabula græca non quantitate, ſed accentu metiendi, cùm id non fiat ſine exemplo Auſonij & aliorum, vt conſtabit cap. 35.

IV. Breve eſt jota in diminutivis in ιον, τὸ γραμμάτιον, *litterula*. τὸ δογμάτιον, *dogma*. τὸ κοράσιον, *puellus*. Et in comparativis neutris, βέλτιον, *melius*. ἥδιον, *ſuavius*. γλύκιον, *dulcius*. & in multis adiectivis in ιος, ὁ ἄξιος, ὁ ἀνάξιος, *dignus*, *indignus*. ὁ ὄλβιος, *felix*; & in multis ſubſtantivis, ὁ βίος, ὁ βίοτος, &c.

Mimnermus. αὐτίκα τεθνᾶναι βέλτιον ἢ βίοτος. *Statim mori melius eſt quàm vivere.*

Corripitur quoque jota in nominibus poſſeſſivis in ινος, ὁ ἀνθρώπινος, *humanus* & ſignificantibus materiam ὁ λίθινος, *lapideus*. ὁ κέδρινος, *cedrinus*. ὁ ξύλινος, *ligneus*. Tempus item & horam ſignificantibus, ὁ εἰαρινός, *vernus*. ὁ θερινός, *æſtivus*. ὁ νυκτερινός, *nocturnus*. ὁ ὀπωρι-

νὸς,

*νὸς, autumalis.* licet penultima quoque longa legatur, Iliad. 21. & alibi.

*ὡς ὥτ᾽ ὀπωρινὸς βορέης, &c.*

*Sicut cùm autumalis Boreas.*

## ANNOTATIO.

Comparativa maſculina in *ιων*, & neutra quoque producuntur nonnunquã. Philemon.

*ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον*

*ἔστ᾽ ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.*

*Suavius nihil eſt, neque magis muſicum, quàm poſſe convitia ferre.*

Υ In pronominibus producitur, *ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς, ὑμέτερος*, At in nominibus polyſyllabis fœmininis in *υνη*, & *υτης*, corripitur *γηθοσύνη, lætitia. βραδυτὴς, tarditas. γλυκύτης, dulcedo. ταχύτης, celeritas,* & in alijs.

---

## CAPUT XVII.

## DE ANCIPITUM QUANTITATE IN ANTEPENULTIMIS SYLLABIS, ET PRIMUM DE ALPHA ANTE VOCALES ET DIPHTHONGOS.

### ADMONITIO.

NOvem capita, quæ ſequuntur, quoniam privato potiùs ſtudijs pro re nata videntur eſſe recolenda, quàm publicè à Magiſtris enucleanda, diverſis etiam characteribus exprimuntur. Et ſi ex Regulis, quas hactenùs tradidimus,

quantitas penultimarum & antepenultimarum ſyllabarum vtcunque cognoſci poteſt; præſertim ſi vel exigua accedat lectio Poëtarum; fortaſsè tamen è re juventutis fuerit, ſigillatim accuratius declarare, quandonam tres ancipites vocales, α, ι, υ, corripiantur. Nomine autem penultima non tantùm intelligenda eſt tertia ſyllaba à fine, ſed etiam quævis ante tertiam, ſi dictio illa pluribus, quàm tribus ſyllabis conſtet. Regulæ ſunt hæ.

I. α ante α corripitur. Excipe ἄατος, *innarius, inviolabilis*. Iliad. ξ. ἀκράαντος, *imperfectus, irritus*. Iliad. β.

II. α ante ν corripitur. Excipe ἀέναος, *æternus, perennis*. Heſiod. Lib 2. ἄερος, *aërius*. λαέρτης *Laertes*, Pater Vlyſſis. λαερτιάδης *Laertiades*, Patronymicum Vlyſſis paſſim obvium apud Græcos & Latinos Poëtas.

III. α ante ι breve eſt. Excipe ἀΐδιος, *ſempiternus*. ἀϊθαλής, *ſemper virens*. ἀΐκες a ſingul. ἀΐξ, *impetus, motus alicujus, qui irruit*, πολυάϊκος πολέμοιο. Iliad. *a belli multum irruentis* ἀϊκή, *impetus*. Odyſſ. ο. ἀΐσσω, *irruo, cum impetu feror*. Odyſſ. α. ἀχαϊκὸς, *Achaicus*. βουγάϊος, *jactator, qui de ſe magnificè loquitur*. Iliad. ἐλάϊνος, ἐλαΐνεος, *oleaginus, ex olea arbore* Iliad. ν. Odyſſ. ι. καταΐγδην, adverb. *impetuosè*. προκαταΐγδην, *antrorſum cum impetu*. Apol. li. 2. Arg. λάϊνος, *lapideus*. χιτὼν, *lapidea tunica*. Iliad. γ.

IV. α, ante ο, & υ, & ω, corripitur. Excipe ἄο-

νες, *populi* ex Aonia ab Aone. *βιάομαι, cogo, cagor.* *ἰάομαι, medior.* Λαοδάμεια, *Laodamia.* cum alijs compoſitis, à ληὸς, *populus*, λαομέδων, λαομεδοντιάδης, τετλάορος, contractim, τέτλωρος, *quadrijugus.* Odyſſ. ν Ταΰγετον, nomen montis Odyſſ. 2.

V. α ante ει & οι corripitur. ἀείμνηστος, *immortalis memoria.* ἀοιδὸς, *cantor, Poëta.* ἀοίδιμος, *dicantatus, celebris.* Anceps eſt, ἀείδω, *cano.*

---

## CAPVT XVIII.

# DE ALPHA ANTE CONSONANTES.

I. α ante β, γ, δ, breve eſt. Excipe ἰθαγενὴς, *legitimè natus.* Odyſſ. ξ. ναυηγέω, *naufragium facio.* ναύγιον, *naufragiū.* Choerilus apud Athen. lib. 11. Jonicè ναυηγέω & ναυήγιον, σφραγίζω, *ſigno, conſigno.* Τιμαγήτης, *Timagetes.* Theoc. Idyll. 2. ἀδηκὼς, pro ἀηδηκὼς, *tædio affectus, qui faſtidijt,* ab ἀηδέω, vel ab ἀδέω, ſine contractione. Iliad. 8.

II. α ante θ, κ, λ, corripitur. Excipe γαθαλλὶς. Jonicè γηθυλλὶς *capa genus.* ῥάθυμος, *piger.* primam longam habet diphthongo, vt & alia, quæ vel ab hoc deſcendunt, vel à quibus ipsū fit, vt ῥαθυμέω, ῥαθυμία, ῥαθύμως, ἀκούσιος, *invitus*, pro ἀεκούσιος, διάκονος, *Miniſter.* quod producitur, non tam, quia α longum habeat, quàm licentia poëtica; componitur ex διὰ &

κονέω, διὰ autem in compoſitione α breve habet, etſi Poëtæ interdum producant, vt in hac ipſa dictione veteres illi apud Athen. lib. 7. Ζακήιωθ@, producitur apud Theoc. Idyll. 4. Sed Homer. corripit Iliad. ϐ. Μακεδανὸς, Doricè pro μακεδνὸς, *longus*. vox poëtica à μῆκ@, *longitudo*. pro quo Dores μάκ@. σακίτης, Doricè pro σηκίτης à σηκὸς, *ſtabulum caprarū*. Theoc. Idill. 1. vocat σακίτην ἄρνα, *agnum, ob teneriorem ætatē ſtabulo incluſum*. συρακόσι@, *Syracuſus*. Theoc. Idyll. 15. & numeralia in όσι@, vt διακόσι@, τριακόσι@, λακέω Doricè pro ληκέω, *ſono*. λακέω tamen formatum ab ἔλακον, futuro 2. verbi ληκέω, prima corripitur, Theoc. Idyll. 1. ἀκοσύνη apud Nican. *dementia vel voluntas* φαλάινη, *balena*, vel *cicindela*, apud Nicand. ἄλοφ@, *non criſtatus*. producitur Iliad. χ ſed per licentiā. Anceps eſt prima in μαλακὸς, *mollis*.

III. α ante μ, ν, π, ρ, corripitur. Excipe ἄμητος, *meßis*, ſeu *ea quæ metuntur*, ἀμητὸς *tempus metendi* Heſiod. lib. 2. Erg. ἀμητὴρ, *meſſor*. Iliad. λ ἀμάω, *meto*, *colligo*. prima communi. Heſiod. in Erg. Iliad. ω. Odyſſ. 1. ἀπάμεια, nomen civitatis. Dionyſ. de ſitu orbis δαμότας, *Damota* nomen Paſtoris apud Theoc. Virg. ἀνέψιος *conſobrinas*, corripitur Iliad. 1. δάνεβις, *Danubius*. κρανίον, *cranium*, *caluria*, κρανώνι@, *Cranonius*. à Cranone vrbe Theocr. Idyll. 16. μανίακυς. *furioſus*.

*rioſus*. Orph. Hymn. in Bacch. *νεανίας*, *juvenis*. Jonicè *νεηνίης*. Hinc longum illud α Ariſtoph. Veſp. Ejuſdem quantitatis ſunt, *νεανικὸς*, *juvenilis*, & ſimilia *παιάνιευς*, *qui ex tribu Pæanienſi*, *ἀπεννῖνος*, nomen montis. Virg. Dionyſ. corripit primam & penultimam, *ἀπέννινος*, licet alij legant, *ἀπέννιος* *ἄπειρος* Doricè, pro *ἤπειρος*, *continens*. *ἀπίδανος*, pro Peloponeſo accepit Mimnermus apud Athen. lib. 13. *δραπετίδης*, *fugitivus*. apud Moſchum, *νάπεια* idem quod *νάπυ*, ſeu *σίνηπι*, *ſinapi*. Nicad. Alexipharm. *ἀπόλλων*, primam habet communem, *ἀράομαι*, *precor*, *imprecor*. Iliad. 2. Odyſſ. 6. *ἀρήτη*, *vxor Alcinoi*, *ἄρητος*, *Aretus* filius Neſtoris, *ἀρητὴρ*. *Sacerdos*, *precator*. Iliad. α. *ἀρήτειρα*, *hæc Sacerdos*. Muſæus, *ἀριτὸς*, *precibus expetitus*. *πολύκρητος*, *multis precibus expetitus*. Odyſſ. 2. *Ἀρήνη*. *Arene*, nomen vrbis in Peloponneſo. Iliad. 6. *ἀμαρακὸς*. *Amaracus* herbæ nomen. Virg. 1. Æneid. Hinc eadem quantitate, *ἀμαρακόεσσα*, apud Nicand. in Theriacis. *καριοσυ*, nomen fluvij apud Athen. lib. 9. videtur eſſe nomen proprium viri *κάραβος*, cancri genus. Athen. lib. 3. *Λάρισσα*. *Lariſſa*, patria Achillis, *μαρύομαι* pro *μυρύομαι*, *glomero* vel *glomeror*. Theoc. Idyll. 1. *φλυαρῶ*, *nugor*, *ἄριςον* *prandium*. per contractionem, quaſi *ἀόριςον*, corripitur tamen Iliad. ω. *ἀνάριςος* vel *ἀναρίςητος*, *impranſus*. Ariſtoph, διὰ

τῆς

τῆς ἀγορᾶς τρέχω, ἀναρέστητος ὢν, *per forum curro impranſus.*

IV. α ante σ, τ, φ, χ, corripitur. Excipe ἄσιος nomen campi Iliad. β. Virg. 1. Georg. ἀσιάδης, *Aſiades*, ἄσωπος *Æſopus*. nomen fluvij ἐπιζάσικμος, *execrabilis*. Phocyl. ἐστηράσια, *temperies*, ἀκρασῖα *intemperies*. à κρᾶσις. Ac ἀκρασία à κρατέω, antepenultimam habet brevem. τάσιος, *Iaſius* filius Abantis Archivorum Regis, corripitur *Iaſides* patronymicũ 5. Æneid. κορᾴσιοι, *puellula*. πασιφάη *Paſiphae*. 6. Æneid. πασιφαής *omnibus apparens*. epithetum Solis ἄτερος, pro ἕτερος, *alter*. βατήριος, *Scanſorius*. produci dicitur, ſed corripitur à Phocyl. διδυματόκος, *gemellipara*. Theoc. Idyll. 1. δάτερον pro τὸ ἕτερον, *alterum*, λατύποι, compoſita *lapicidia*, & alia nomina à λᾶς vel λαῶς, compoſita. τράχουρος, nomen piſcis, à τράχυς, *aſper*. Jonicè τρυχύς.

---

*CAPUT XIX.*

## DE JOTA IN ANTEPENULTIMIS ET PRIMUM ANTE VOCALES ET DIPHTHONGOS.

I.

JAnte α & ε corripitur. Excipe ἰάομαι, *medeor* Odyſſ. τ. ἰαπιτὸς, *Iapetus* nomen proprium. Ovid. Metam. Nonnus Dionyſ. ἰάσιμος, *ſanabilis*, vt & alia ab ἰάομαι, *deſcendentia*, ἰάσιος. *Iaſius*, ἰασιὼν, *Iaſon*. filius Iovis & Electræ. Ovid.

Ovid. 9. Metam. Theoc. Idyll. 3. ἰασὸς, *Iaſus*, Inſula Carinæ. Communia ſunt ἀνιάω, ἀνιαζῶ *triſtor*, ἀνιαρὸς *triſtificus*, *triſtis*. Odyſſ. τ. χ. δ. ρ. διάβολος primam longam habet licentia poëtica, ἰατρὸς ſeu ἰατὴρ *medicus*. dicitur primam habere communem, ſed producitur ab Hom. πίερος, mons Theſſaliæ πίεριος *Pierius*, *Pierides*. Anceps eſt ἵερος *ſacer*, *ſanctus*. Iliad. α Odyſſ. ι vt & ἵεμοι *eo*. Iliad. β ἵεμαι *cupio*. Iliad. ε.

II. ι ante η & ο corripitur. Excipe ἰητὴρ *medicus* Iliad. γ. Anceps eſt ἵημι *mitto*. cum compoſitis Iliad. γ. & ἰόγιος *Ionius*. Virg. 3 Æneid. Luc. l. 3. *Ionicus* primam corripit apud Horat. Ode 6. vt & *Iowia*, *Ionibos*, *ſagitta venenum*, cum compoſitis, ἰοβόλος *venenum* ſeu *ſagittas jaculans*. ἰοβόρος *veneniverus*. Oppian. lib. 3. ἰοχέαιρα *gaudens ſagittis*. Epithetũ Dianæ Iliad. ε. οἴομαι *puto*. Iliad. τ, Odyſſ. ξ ὀφιονίδης, *Ophionides*. Πανδιονίδης *Pandionides*. χιονόας, *niveus*. Nicand. Alexipharm. videtur produci licentia, ob concurſum tot brevium ſicut & χιόνεος.

III. ι ante υ, ω, αι, αυ, corripitur. ἰϋγὴ, ἰϋγμὸ, vox ſibilo ſimilis. Iliad. σ. Nicand. Theriac. ἰΰζω, *clamo*, *ſibilo*. Iliad. ρ ἰωχμὰς, *perſecutio*, *inſectatio* μνιώδης. *algoſus*. Nicand. Alexiphar. παλίωξις. προίωξι quaſi dicas *poſtinſecutio*, *prainſecutio*. Heſiod. in Aſpid. Φθιώτης, *phthiota*, *phthie*, *pinguefacio*, communc. ἰαίνω *latifico*.

CAPVT.

## CAPUT XX.

# DE JOTA ANTE CONSONANTES.

### I.

I Ante β, γ, δ, breve eſt. Excipe ἀλίβαντον, apud Nicand. teſte Vergara, τίβυρις ſeu τίβυρ *Tibur*, civitas Italiæ. Horat. lib. 2. Ode 6. Alij ſcribunt per υ, τυβέριος *Tiberius*. ῥίγιον *magis horrendum*. ῥειγεδηνὸς, ῥιγηλὸς, *horrendus*. ῥιγέω, *horreo*. ῥιγόω *frigeo*. Iliad. α & γ Odyſſ. ξ Heſiod. in Clyp. σιγάω *taceo*. σιγάζω *tacere facio*. Odyſſ. τ & alia, quæ ab his verbis naſcuntur ὀρίγανον *origanum*. Oppian. 3. Cyneg. alij ſcribunt ὀρείγανον, ἀκιδάλιος *Acidalius*. Epithet. Veneris, 1. Æneid. ἰδάλιος à monte Idalo. ἰδάλιον Oppidum Cypri ἰδόμενευς nomen propriũ paſſim in Iliad. πιδύω, quod & πηδύω *aquæ ex me ſaliũt, præfluo*. Nicand. Theriac. ab hoc fit ἰδύτης nomen proprium Σιδόνιος, *Sidonius*. Diony. Sidonia Dido. apud Virgiliũ prima & antepenultima longa Æneid. χελιδόνιον nomen herbæ χελιδόνιος, *hirundinus*. producuntur quia χελιδὼν, jota longo conſtat Heſiod. lib. 2.

II. I ante θ, κ, λ, breve eſt. Excipe βιθυνία *Bithynia*. & quæ ab iſto Dionyſ. ἰθύνω, *dirigo*. Iliad. ψ corripitur ab Heſiod. in Erg. ἰθυντωρ. ἰθυντὴρ ἰθυντὴς, & ſimilia *gubernator, rector*. Ἐριθακὶς, nomen proprium apud Theocrit. σιδωνία pars

Thraciæ

Thraciæ. Virgil. Eclog. 10. τιθώνος, *Tithonus*. ἀρικίνη, *Aricinia*. ab Aricia oppido Latij Virg. 7 Æneid. Ovid. 3 Faſtor. ἱκεσίη *ſuplicatio*. ἱκέσιος *ſupplex*. videtur fieri ob concurſum tot breviũ cum ἱκέτης, ἱκετεύω, & ſimilia primam corripiãt ἴκαρος, ἰκάριος, paſſim [illegible]via ſunt. νικάω *vinco*. νίκιας *Nicias*. νίκανδρος & alia à νικάω vel νίκη formata. σικανία *Sicania*. corripit primam in *Sicanus*. Virg. 5. Æneid. σικελίη *Sicilia*. hinc *Sicelides Muſæ* σικελῆ, corripitur à Dionyſio. φοινόκεος *puniceus*. Theoc. Idill. 2. φρικαλέος *horrificus*. lib. 3. Authol. φρικώδης *horrificus*. fiunt à nomine φρὶξ, φρικὸς, τὴν φρύκα *motus maris incipiens*, *prima fluctuum agitatio*. Anceps eſt ἴκελος *ſimilis*. corrip. Iliad. λ & ab Heſiod. in Erg. ἰλαδὸν *turmatim*. Iliad. β ἰλασμὸς *placatio*, *propitiatio*. At ἵλαος *propitius*. ἱλάω, *propitius ſum*. primam habent communem ἰλεὸς pro εἰλιὸς *latibulum*, *fovea*. ἴλιος ſeu ἴλιον *Ilium*, Troiæ nomen, ἰλισσός, amnis Atticæ, corripit primam. Statius, Thebaid. ἰλυόεις, *limoſus*. Apol. lib. 2. χιλεύω ſeu χιλύω *paſco*, *ſagino*. Nicand. Theria: & ea quæ hinc fiunt, vt χίλωσις, χίλια *mille*. χιλιὰς *chilias*. χίλιοι, *mille*. μίλητος, *Miletus*. nomẽ vrbis. Apol. lib. 1. μελίλωτον ſeu μελίλωτος, *Melilotum* ſicut & meliphillum apud Virg. 4. Georg. ὁμιλαδὸν *turmatim*. Iliad. μ ὁμιλέω *verſor cum aliquo*. Iliad. α ὁμιλέα *homilia*, *conſuetudo*. σιληνὸς *Silenus* modo

brevem

brevem, modò longam habet apud Orph. in hymn. φιλητεύω, idem quod φιλῶ, φιλοῦμαι, reperitur productum, vt & φίλος, quod videtur fieri ob liquidam.

III. ι ante μ, ν, π, corripitur. Excipe βριμάω, ſeu βριμάομαι, *fremo. ira excandeſco.* βριμηδὸν, *cũ fremitu.* Nonnus, δριμύλος, *ſubacris, acriuſculus.* Moſchus Idyll. 1. ἱμέρω ſeu ἱμείρω *deſidero.* Odyſſ. η, ἵμερος *cupiditas.* ἱμερόεις, ἱμερτὸς, *amabilis, deſiderabilis* μιμοῦμαι, *imitor.* μίμημα, μίμησις, *imitatio.* μιμηλοὶ *imitando expreſſus.* & alia hinc facta, σιμαίθα, nomen capræ apud Theoc. τίμιος, *honorabilis, pretioſus.* cum omnibus à voce τιμὴ deductus. φημιώδης, *cami vel fiſcellæ formam habens.* Nicand. ἀκροθίνια, *primitiæ.* Eurip. phæniſſ. γίνομαι, *fio.* γινώσκω, *cognoſco.* vide cap. 13. δελφίνιος à δελφίν, δελφῖνος, δίνησις, *in verticem ſeu gyrum circumactio* δινήεις, *vertiloſus.* Iliad. ε. Odyſſ. δινέω, inſtar vorticis circumago, & alia ab hoc compoſita vel derivata ἐρινεός. *caprificus.* Odyſſ. μ. ἴναχο, nomen fluvij, ἰνίον, *poſterior, collinervus occiput.* Iliad. ε κινέω, κίνημι, *moveo.* Iliad. β, δ, Quantitatem eandem ſervāt, quæ ab his fiunt, κινύφλες, Virg. 3. Georg. λακίνιος, λακινινιὸς, nomen loci. Theoc. in Idill. Dionyſ. Virg. 3. Æneid. Μινώιος, *Minoius.* Virg. 6. Æneid. πινίσκω *moneo, ſapere facio.* corripitur Iliad. ξ. σίνομαι, *lædo, lædor.* Heſiod. Erg. Odyſſ.

μ. τρινακρία, *Trinacria*. 3 Æneid. Dionyſ. ἀγινέω, *ago, adduco* producitur Odyſſ. ξ, χ. & Iliad. ω. διϊπετής, *à Iove delapſus*, primam habet longam ob concurſum tot brevium. Εὐριπίδης, *Euripides*. corripitur interdum, ἠνίπαπε, *increpuit*. Odyſſ. α, λιπαρῶ, *oro*, πυριβόλος, *ignem jaculans*, ῥιπίζω, *ventilo*, à ῥιπὴ Odyſſ. θ. ῥίπαιον; *Ripaum*, ſeu *Riphæum*, Montes Riphæi. Dionyſ.

IV. J. ante ρ producitur, vt σεμίραμις, *Semiramis*.

V. J. ante σ, τ, φ, χ, corripitur. Excipe Βισάλτης, *Biſalta*, populus Scythicus vel Thracicus. Virg. Georg. βισαλτία, *Biſaltia*, regio Thraciæ. Βρισηΐς, *Briſeis*. nomen puellæ. Iliad. σ. ἴσανδρος, *filius Bellerophontis*, Iliad. 2. ἰσοφορίζω, *æquiparo, adæquo*. Iliad. ζ Heſiod. in Erg. ἰσαῖος, nomen proprium Rhetoris & appellativum, *ſimilis par*. Nicand. Theriac. ἰσάζω, *æquo, adæquo*. licet ἴσος, primam communem habeat κονίσαλος, ſeu κονίοσαλος, *pulvis*. Iliad. γ. μισέω, *odi*. Iliad. ρ. νίσυρος, *nomen Inſulæ*. Iliad. β. πισιδικός. *Piſidicus* à Piſidia. σισύμβριον, *ſerpillum, ſilveſtre*. Nicand. Theriac. vocat σίσυμβρα, prima longa, σίσυφος *Siſyphus*, nomen proprium corripitur à Theognide. σισυφίδης. *Siſyphides*, τισιφόνη. *Tiſiphone*. 6 Æneid. φθισήνωρ, *homines perdens*. Iliad. 2. ἰτέα, ſeu ἰτέη, *ſalix*. Odyſſ. κ. Τίτυρος, *Tityrus*. Virg. 1. Ecl. Theocr. Idyll. 3. τριτογενής, τριτογένεια, τριτωνής. Epitheta Palladis. διφάω, *quæro*. Iliad. π. δίφη.

διφήτωρ, *quæſitor, indagator.* ἴφιτος; nomen proprium, ἴφιος, *fortis, robuſtus.* ἰφιγένεια, nomen proprium ἰφίνοος, *forti mente.* & alia ab ἴφι deducta. τριφιλλὶς, *trifolium.* Anceps eſt πιφάσκω ſeu πιφαύσκω, *dico, commemoro.* Iliad. κ. Odyſſ. ο. κιχάνω, *aſſequor, convenio.* Excipitur à Grammaticis, ſed corripitur ab Homer. Iliad. τ. λ. & alibi κίχορα, *Cicorea.* Nicand. Alexiph. κιχώρη vel κιχώριον, producit & Horat. primam & penult. lib. I. Od. 31.

---

*CAPVT XXI.*

# DE Y. ANTEPENULTIMIS ANTE VOCALES, DIPHTHONGOS ET CONSONANTES.

## I.

Y Ante vocales & diphthongos corripitur. Excipe ἐνάλιος, nomen Martis. Iliad β. Dionyſ. κυανοχαίτης, *ceruleam comam habens.* Heſiod. in Aſpid. κυάνεος, *cæruleus.* Iliad. λ, Heſiod. Aſpid. & tamen κύανος prima brevi conſtat. Odyſſ. η & alibi πλατυάζω *ore diducto loquor.* Theoc. Idyl. 15 μυελὸς, *medulla.* Iliad. χ, μυελόεις, *medulloſus.* Odyſſ. ι. πύελος, *labrum balneatorium,* πυετία ſeu πυετίν, *coagulum.* ὑετὸς, *pluvia.* Heſiod. in Erg. αἰσυήτης, *Aeſyetes,* nomē proprium. Iliad. ν. μυοδόχος, *muros recipiens.* videtur id fieri ob concurſum tot brevium ſyllabarum



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Εἰ μὲν πονηρὸς, μὴ ποτέρχευ τῷ τάφῳ.
Εἰ δ᾽ ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
Θαρσέων καθίζευ κἂν θέλῃς, ἀπόβριξον.
*Poëta hic Hipponax jacet.*
*Siquidem improbus es, ne accedas ſepulcrum.*
*Sin autem es bonus & ex probis,*
*Confidens ſede, & ſi volueris dormi.*

## ANNOTATIO.

Eadem omninò eſt horum carminum ratio apud Græcos & Latinos. Non tamen eadem eſt licentia integritatem jambici carminis alienis pedibus inficiendi. Eam enim vt Tragœdi Euripides, Sophocles, & Æſchylus intactam ſervant, ita & ferè Comœdi, Ariſtophanes & Menander, à quibus Latini Plautus, Terentius, & alij non parùm diſceſſerunt. Habet autem Scazon quinto loco Jambum, in allato tamen exemplo ponitur ſpondeus; & ſecundus verſus non eſt choliambus, ſed jambus.

Cæterùm cùm illa carmina quæ ab Anacreonte nomen habent, ſuaviſſima ſint & mellitiſſima, non immeritò hîc quoque ſtudioſæ juventuti proponuntur, ea ſunt jambica dimetra catalecta tribus conſtantia pedi-

bus & ſyllabā. Primo loco habent jambum, vel tribrachyn, anapæſtum, vel ſpondeum, ſecundo jambum, tertio itidem jambum & ſyllabam

## ANACREON IN CICADAM.

Μακαρίζομέν σε τέττιξ
Ὅτι δενδρέων ἐπ᾽ ἄκρων
Ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς
Βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις.
Σὰ γάρ ἐστι κεῖνα πάντα
Ὁπόσα βλέπεις ἐν ἀγροῖς
Χ᾽ ὁπόσα φέρουσιν ὧραι.
Σὺ δὲ φιλία γεωργῶν
Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων.
Σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι
Θέρεος γλυκὺς προφήτης.

*O ter quaterque felix*
*Cicada, quæ ſupremis*
*In arborum viretis*
*Roris parum vt bibiſti,*
*Cantare dulce gaudes,*
*Reginam agens potentem.*
*Quodcunque conſpicaris*
*Tuum eſt: quod arua gignunt*
*Quod ſylva cumque profert.*
*Te amplectitur colonus,*
*Quod ejus in labores*
*Injurioſa non ſis.*
*Colunt cicadæ te omnes.*

*Divina*

*Divina quod pueris*
*Æſtatis imminentis.*

ANNOTATIO.

Videtur interdum Anacreon alios pedes & alios verſiculos ſuis odis hoc genere carminum ſcriptis inſerere, quód latius oſtendere non eſt hujus loci. Nam quæ hîc attulimus vera & pura ſunt Anacreontica, ad quæ ſua quoque odaria ſtudioſus Adoleſcens conformabit. Extat etiam elegans oda hujus generis apud Theocrit. Idyll. 27. & apud Laërtium in Bione, qui Anacreonteo ſemper dimetrum jambicum præponit.

## CARMEN ANAPÆSTICUM.

Eurip. Hecub.

Ὦ χθόνιοι σώσατε παῖδ᾽ ἐμὸν
Ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρ᾽ ἐμῶν
Τὴν χιονώδη Θρῄκην κατέχει
Ξένου πατρῴου φυλακαῖσιν.
*O Dij terreſtres ſervate filium meum, qui ſolus*
*Domus meæ firmamentum, habitat*
*Nivoſam Thraciã ſub cuſtodia hoſpitis paterni.*

ANNOTATIO.

Vtuntur Anapæſtico carmine ſæpè Euripides, & Sophocles, & Seneca Latinus, in choris.

## CARMEN GLYCONICUM.

Κάπρος ἡνίχ᾽ ὁ μαινόλης
Ὀδόντι σκυλακοκτόνῳ
Κυπρίδος θάλος ὤλεσεν.
*Quando aper furioſus*
*Dente quo catulos occidit*
*Cypridis germen perdidit.*

## CARMEN ASCLEPIADEUM.

Quale illud Horatij lib. I. Oda I.

*Mæcenas atavis edite regibus.*

Ηλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν
Λαβὰν τῶ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων.

*Veniſti ex finibus terræ eburneum*
*Manubrium enſis auro revinctum habens.*

## ANNOTATIO.

Citantur ex Hephæſtione. Primo loco primi verſus eſt Trocheus, & in primo ſecundi Jambus, vtrobique debebat eſſe ſpondeus.

Quod ſequitur ſimile eſt illi Horatiano lib. I. od. 9. Vides vt altâ ſtet nive candidum.

Alcæus, Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπειν.
Προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι.

*Non oporset malis animum dedere*
*Nihil enim proficiemus, ſi mœrore nos affecerimus.*

Carmen ſimile illi Horatiano Od. 11. lib. I.

*Tu ne quæſieris ſcire nefas quem mihi, quem tibi.*

Theocrir Idyll. 28.

Τῇδε γὰρ πλόον εὐάνεμον, αἰτεύμεθα παρ᾽ διὸς
Ὅπως ξεῖνον ἐμὸν τέρψομ᾽ ἰδὼν, κἀντιφιλήσεμαι
Νικίαν χαρίτων ἱμεροφώνων ἱερὸν φυτὸν.

*Eò enim navigationem proſperam petimus â Iove.*
*Vt hoſpitem meum oblectem videns & viciſſim oblecter,*

Niciam

*Niciam Gratiarum ſuaviloquentium ſacram ſtirpem.*

Alcæus. Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλῳ.

*Nullam aliam arborem prius ſeveris vite.*

## CARMEN PHALEVCIUM.

Theocr. Τὸν Ζηνὸς ὅδ' ὑμὶν υἱὸν ἀνὴρ,
Τὸν λεοντομάχαν τὸν ὀξύχειρα
Πρῶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡ 'κ Καμείρου
Χ' ὅσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους.

*Iovis iſte vobis filium vir,*
*Eum qui cum leone pugnavit promptum manu,*
*Primus ſuperiorum Poëtarum,*
*Piſander conſcripſit (oriundus) ex Camerio*
*Et quotquot laborando confecit, recenſuit labores.*

## CARMEN SAPPHICUM.

Corinna. Χαῖρέ μοι Ῥώμα θυγάτηρ Ἄρηος
Χρυσεόμιτρε δαΐφρον ἄνασσα
Σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς ὄλυμπον
Αἰὲν ἄθραυστον.
Σοὶ μόνα πρεσβίστα δέδωκε μοῖρα
Κῦδος ἀρρήκτῳ βασιλήϊον ἀρχᾶς
Ὄφρα κοιρανήϊον ἔχοισα κράτος
Ἁγεμονεύῃς.

*Martis ô proles mihi Roma ſalve*
*Auream bellis decorans coronam*

*Quæ vel in terris ſtabiles Olympi*
*Incolis arces.*
*Hoc dedit ſoli tibi Parca munus*
*Sceptra quod geſtas labefacta nunquam*
*Imperatricis tua quò poteſtas*
*Cuncta gubernet*

## ANNOTATIO.

Latini ſecundo loco carminis Sapphici ponunt ſpondeum, at Sappho inventrix hujus carminis non rarò Trocheum, vt vides hîc.

Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' ἀφροδίτα
Παῖ διὸς δολοπλόκε λισσομαί σε
μὴ μ' ἄσαισι μηδ' ἀνίαισι δάμνα
πότνια θυμόν.

Variegatas habens ſedes & immortalis Venus, proles Jovis doloſa, rogo te ne me damnis neque animum mœroribus, ô veneranda, domes & conficias.

Quam aliquoties imitatus eſt Catullus, vt in carmine ad Furium & Aurelium.

*Sive in Hyrcanos, Arabesque molles,*
*Seu Sacas, ſagittiferosque Parthos.*

Et, *Pauca nunciate meæ puellæ*
*Non bona dicta.*

Et, *Otium Catulle tibi moleſtum eſt.*

Dividit autem Sappho nonnunquam vltima verba Sapphici carminis.

Πυκνὰ δινέοντες ἀπ' ὠρανῶ αἰθέ
ρος διὰ μέσσω.

Et, Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι βομβεῦ
σιν δ' ἀκοαί μοι

Idem facit Cat. ad Furium.

*Siue trans altas gradietur Alpes,*
*Cæſaris viſens monumenta magni,*
*Gallicum Rhenum horribiles & vlti-*
*moſque Britannos.*

Et Horat. lib. 1. ode. 2.

*Iliæ dum ſe nimium querenti*
*Iactat vltorem, vagus & ſiniſtra*
*Labitur ripa Ioue non probante v-*
*xorius amnis.*

Idem facit alibi quoque Horatius, vt ode 25. lib. 1. & ode 16. lib. 2. Quod tamen vitioſum eſſe docet Hephæſtion, repræhenditque hoc diſtichon Simonidis.

ἦ μέγ' ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἡνίκ' Ἀρισο-
γείτων ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος.
*Clarum tum lumen affulſit Athenienſibus,*
*Quando Ariſtogiton & Harmodius occiderunt*
*Hipparchum.*

Sed cùm Sappho, Horatius, Catullus, & alij præſtantiſsimi Poëtæ à nobis ſint, non eſt multum curandus Hephæſtion. Eadem Sappho adhibet nonnunquam quarto loco ſpondeum ejecto ex ſede ſua trocheo.

Τᾶς ἐμᾶς αὔδας ἀΐοις ἇς πολλάκ'
ἔκλυες.
*Vocem meam audias quam ſæpè audiebas.*

CARMEN.

Quale eſt illud Horatij lib. 1. Ode 4.

*Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauonî.*

Theocr.

Theocrit. in Epigram.

Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν,
Τὸν τῶν ἰάμβων οὗ τὸ μυρίον κλέος
Διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀώ.
*Conſiſte & Archilochum aſpice veterem Poëtam*
*Iambographum cujus celeberrima fama*
*Permanavit & ad occidentem, & ad orientem.*

## CARMEN PHERECRATIUM.

Conſtat tribus pedibus, ſpondeo, dactylo, ſpondeo, dignumque eſt in quo Tirones ſeſe exerceant, donec majus opus moveant.

Laërt. Pherecyd.

Τὸν κλεινὸν Φερεκύδην
Ὃν τίκτει ποτὲ Σῦρος
Ἐς φθεῖρας λόγος ἐστὶν.
*Inſignis Pherecydes*
*Syrus quem parit olim*
*Turpes in pedicillos.*

## ANNOTATIO.

Monendi ſunt Adoleſcentes, Græcos Poëtas æquè ac Latinos variis modis genera carminum conjungere. Non enim pentametrum duntaxat ſubjiciunt hexametro, vt fit in elegijs, ſed & Jambica diametra, vel trimetra, vel Anacreontea, vel Pherecratia, vel Glyconica. & ipſis Iambicis ſenarijs modò dimetrum Iambicum, modò Anacreonteum copulant; ita vt vix vllam diverſorum carminum apud Latinos, Horatium & Boëthium, & apud recentiores nonnullos conjunctionem reperias, quam non itidem Græca Muſa imitari, & qui-

& quidem eleganter poſſis, & vt vnico exemplo rem declaremus, ecce tibi illum συνδυασμόν Horat. lib. Epod. od. 11.

*Pecti, nihil me ſicut anteà juvat*
*Scribere verſiculos amore perculſum gravi.*

Quomodo Laërtius expreſſerit Epigram. in Stilponē,

Τὸν μεγαρέα τὸν στίλπωνα γινώσκεις δ᾽ ἴσως
γῆρας ἔπειτα νόσος καθεῖλε δύσμαχον ζυγὸν
Ἀλλ᾽ οἶνον εὗρε τῆς κακῆς συνωρίδος
φέρτερον ἡνίοχον. πιὼν γὰρ ἤλασε.

*Megarenſem Stilponem noſti fortaßis, quem cum cœpit ſenectus & triſte jugum, vinum invenit malæ bigæ meliorem aurigam, bibens enim exhalavit.*

Poſſet quis ſub finem hujus capitis non immeritò quærere, quomodo Græca carmina ſint pronuntianda, num ſecundum accentum, an ſecundum quantitatem. Sunt enim qui ſolius accentus, & ſunt qui ſolius quantitatis rationem haberi velint; neutri ſine argumentis. Rectius tamen facere videntur, qui dum carmen pronuntiant, ad quantitatem ſeſe accommodant, Nam Poëtica illa verborum & orationis colligatio & dimenſio neque à recitante, neque ab audiente percipitur, ſi neglecta quantitate leges accentuum obſerventur, vt patebit experienti, vnamque aut alteram pagellam in Homero, vel Euripide alijs prælegenti, ſolutam enim & non vinctam orationem ſe audire dicent. Incredibile verò eſt, veteres ita pronuntiaſſe carmina, vt non ipſæ ſtatim aures numeros & modulos verſuum animadverterent.

## CAPUT XXXII.

# DE SPECIEBUS METAPLASMI.

PEdibus metimur verſus, quibus metiendis non parùm prodeſt ſyllabæ communis, neceſſitatis metricæ, licentiæ poëticæ, figurarumque ſeu ſpecierum metaplaſmi cognitio, de prioribus ſupra jam diximus, quamvis hic cum de metaplaſmis agemus, licentiæ poëticæ iterum facienda ſit mentio, cum metaplaſmi magna ſint hujus licentiæ pars. Adferemus autem illas tantùm metaplaſmi ſpecies, quas habet in ſuâ Proſodiâ noſter Emmanuel, quippe magis tritas & obvias. Quid autem ſit metaplaſmus prætèrimus, tanquam aliunde notum.

## EPISYNALOEPHE

Eſt ſyllaba vna ex duabus facta, quod fit, cum duæ vocales in vnam contrahuntur. ε & α Iliad. 1.

*Τιμήσῃς, ὀλέσῃς δε πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν,*
*Honoraberis cum multos Græcorum in navibus (perdideris.*

ε & ω Iliad. 1.

*Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,*
*Iram cane Dea Achillis Pelidæ.*

Quæ contractio valdè frequens eſt in geni-

tivo

tivo plurali Jonico ſecundæ ſimplicium, μυστέων, πυλέων, λιμέων, &c.

Sic Iliad. 1. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *cum aureo ſceptro.*

Eadem eſt ratio aliarum brevium cum alterâ longâ vel ancipiti vel diphthongo vt Theognis.

θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον.

*Dÿ verò ſecundũ ſuam voluntatẽ omnia faciunt.*

Iliad. 10.

Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,

*Dum hæc animo & mente volutaret.*

Contrahuntur etiam duæ longæ η & ου Iliad. 5.

ἦ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις.

*An non tibi ſatis eſt, quod mulieres impelles fallis.*

Et Iliad. 9.

ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησεν, ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.

*Sive oblitus eſt, ſive non advertit, nocuit verò multum animo.*

Vbi ait Euſtathius eſſe συνίζησιν duarum longarum in vnam longam.

## SYNAERESIS ET CRASIS.

Differunt propriè loquendo. Nam ſynæreſis eſt, cùm vtraque vocalis in contractione retinetur, τείχεϊ, τείχει. Manet enim ε & ι. poſt contractionem, quamvis in vnam ſyllabam convenerint. Craſis eſt cum vel vna vel vtraque vocalis non retinetur facta contractione: τείχεος τείχους. βόαε, βόα, in neutro exemplo manet ε.

Sic ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος neque ὁ neque ω manet: Hoc tamen diſcrimen non obſervatur adeò exactè, vt duo hæc nomina non vſurpare liceat pro contractione, qualiſcunque tandem illa ſit.

Fit autem ſynæreſis varijs modis, vt ex multis locis libri primi manifeſtum eſt, maximè ex declinationibus contractis & conjugationibus circumflexis, & quamvis Poëtæ in hujuſmodi craſibus valdè ſint liberi, non reperies tamen liberiores Doribus, quibus peculiares quædam contractiones familiariſſimæ ſunt, contractiones inquam non vnius & ejuſdem tantùm vocabuli in pauciores ſyllabas, ſed duarum dictionum in vnam vt paſſim apud Theocritum κᾦχετο, pro καὶ οἴχετο. κἠμὲ pro καὶ ἐμὲ, κἦυ pro καὶ ἐῦ. ὤνθρωπε pro ὦ ἄνθρωπε, κὠμὸς pro καὶ ἐμὸς. κἠν pro καὶ ἐν. χἠ pro καὶ ἡ. τἀλαθέα pro τὰ ἀλαθέα. ἅτερος pro ὁ ἕτερος. κἀξ pro καὶ ἐξ. τὤςέα pro τὰ ὀςέα, *oſſa*.

Differt ſynæreſis ab Epiſynalephe, quia in hac vtraque vocalis ſcribitur & exprimitur, & tantùm in carminis dimenſione loco vnius ſyllabæ habetur, ſicut etiam in latinis illis *Alvearia, Arietibus, &c.* At in craſi conjunguntur in vnam ſyllabam duæ vocales & conjunctim etiã ſcribuntur.

APO-

## APOSTROPHUS.

De Apoſtropho ſatis multa diximus lib. I. cap. I. quibus addimus ſequentia.

I. Poëtæ planè arbitratu ſuo vtuntur Apoſtropho, provt carminis ratio exigit, neque vllam brevem vocalem elidunt ſi illa ad explendum verſum indigeant, Iliad. 3.

Ὦ γύναι ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες.

*O Mulier, maximè hoc verbum dixiſti verum.*

Od. I. τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

*Filia mea, quale tibi verbum excidit?*

Ibid. Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον.

*Sed age dic mihi hoc & verè enumera.*

II. Non tantùm ante vocales & diphthongos ſed etiam ante conſonantes ſæpè abjiciunt Poëtæ per apoſtrophum vocales, Theocrit. Idyll. 15.

παρ' μὲν οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι

παρ' δ' ἁπαλοὶ κᾶποι, pro παρά.

*Adſunt ei fructus quotquot tempeſtivè ferunt arbores, adſunt & molles hortuli.* ſic δ', pro ἄρα, κατ', pro κατά. De hac re diximus etiam in Grammaticâ, cum de incremento imperfecti ageremus.

III. Aliquando eliditur prima vocalis ſequentis dictionis ὦ 'γαθὲ, ô bone, Theocrit. Idyll. α. ἡ 'ρετὴ, *virtus*. pro ἡ ἀρετὴ, apud Eurip. Et apud eundem in Phœniſſis μὴ 'πιλαμβάνω pro μὴ ἐπιλαμβά-

λαμβάνω. ὦναξ pro ὦ ἄναξ, *Rex.* Et apud Ariſtoph. in Equit.

οὐκ ἀξιῶ γὼ 'μαυτὸν ἐχήσειν μέγα.

*Non æſtimo ego meipſum dignũ, qui potens ſim.*

## ANNOTATIO.

Diximus in Grammatica hæc potiùs referenda videri per aphæreſin, quia tamen ſigno apoſtrophi notari ſolent, & ab alijs ad apoſtrophum referuntur, nos etiam eo referamus.

IV. In hujuſmodi apoſtropho ſæpè longa fit ſyllaba, quæ alioquin ſine apoſtropho brevis eſſet, ὥριφος pro ὁ ἔριφος, *hædus.* Idyll. 5. & Idyl. 1.

Τῆνον χ' ὠκ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα, pro τῆνον καὶ ὁ ἐκ δρυμοῖο.

*Illum & in ſylva leo defleuit mortuum,*

Ibid. ὡ᾽πόλοι ἦνθον, pro οἱ αἰπόλοι ἦνθον, *Venerunt caprarij.*

V. Aliquando producitur ſequens vocabulum propter præcedentem apoſtrophum. Theocrit. ibid.

τὰν δ᾽ ἄρα χ' ὡ Δάφνις ποταμείψατο.

*Huic autem & Daphnis reſpondit.*

Pro καὶ ὁ Δάφνις. ſic ibidem.

ὡραῖος χ' ὤδωνις, pro καὶ ὁ Ἄδωνις, *formoſus Adonis.*

χ' ὡνὴρ ὄξος ἄγαν. Idyll. 15. *vir eſt iracundus & totus acetum.*

VI. Abjiciuntur autem ex ſequenti dictione voca-

vocales licet poſitione longæ: ὤνθρωπος, ὤνθρωπε, pro ὁ ἄνθρωπος, ὦ ἄνθρωπε, aliquoties apud Theocritum, cujus ut & aliorum Poëtarum apoſtrophos diligenter obſervabit ſtudioſus adoleſcens. Uſui enim magno erunt pangenti carmina.

VII. Apoſtrophus non tantùm in eodem carmine, ſed etiam in diverſis locum habet, ſicut apud Latinos ſynalœphe, quam ad rem multi adferunt verſus illos Homericos Iliad. θ.

Τρῶας ἀπώσασθαι καὶ ἐρυκέμεν εὐρύοπα ζῆν'
Αὐτοῦ κ' ἔνθ' ἀκάχοιτο.

*Troianos repellere, & coërcere latioculũ Jovem.*
*Illic tunc triſtaretur.*

Et Iliad. ξ.

Ἦ φῂς ὡς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρύοπα ζῆν'
Ὡς Ἡρακλῆος περιχώσατο.

*An putas ita Troianis auxiliari latè videntem Iovem, ſicut iratus eſt propter Herculem.*

Et iliad. ω.

Παῖδες καὶ γαμβροὶ τῶδ' οὐ λάθον εὐρύοπα ζῆν'
Ἐς πεδίον προφανέντε.

*Filij & generi (domum redierunt) illi verò non latuerunt Iovem latè videntem, in campo conſpicui.*

In his tribus locis eliditur alpha ex accuſativo ζῆνα propter vocalem ſequentis verſus.

## ECTHLIPSIS.

Ecthlipſis apud Latinos eſt cum μ litera ſimul cum vocali eliditur propter ſequentem vocalem: hac Græci carent, niſi fortè ecthlipſin nominare velimus eliſionem literæ σ in verſu quodam Arati, & quarundam aliarum liquidarum de quibus cap. 3. diximus. Sed hujuſmodi eliſiones Græcis perquam raræ ſunt pauciqúe vſus.

Quidam ecthlipſin, vocant cum è medio dictionis litera aufertur, quæ ſyllabam non conſtituit, vt σκῆπλον pro σκῆπτρον.

## DIAERESIS SIVE DIALYSIS.

Eſt cum ſyllaba vna in duas dividitur, quales ſyllabarum ſolutiones in omni dictionum genere Græcis ſunt vſitatiſſimæ, vt ἦγον ab ἄγω, ἔαγον, ἐάγην, ἦγα, ἔαγα, ἐαχὼς, ἥλων, ἑάλων, πάϊς, παῖς, εὔζωνος, ἐΰζωνος & ſimilia infinita, tam in nominibus quàm in verbis, alijſque nonnullis orationis partibus. Neque opus eſt in re clara & paſſim obvia exempla Poëtarum adducere.

## SYSTOLE.

Eſt cum ſyllaba natura longa, aut etiam poſitione, altera conſonante extrita corripitur. De ſyllaba natura longa, attulimus quædam exempla cap. 4. Nunc vnum ex Iliad. 2. ſuffecerit.

ἴομεν, ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν ἄρηα pro ἴωμεν.

*Eamus. Vt proprius excitemus acrem Martem.*

De longa poſitione exemplum hoc eſto.

ἔρεζον, ἔρεξα, κατέρεξα, pro ἔῤῥεζον, ἔῤῥεξα, κατέῤῥεξα. Iliad. 21.

Ὅς νύσε τοιάδ᾽ ἔρεξε φίλον τέκ⊛ οὐρανιώνων;

*Quis tibi chara proles cœlitum talia fecit?*

Odyſſ 23. κακῶς δ᾽ οἵ περ μιν ἔρεζον μνηστῆρες.

*Malè fecerunt illi proci.*

Et Iliad. 1

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Α᾽χιλῆ⊛ pro Α᾽χιλλῆ⊛.

*Cane Dea iram Achillis.*

Ταχέα, ἀδέα, pro ταχεῖα, ἀδεῖα, apud Theocr. & alios.

ECTASIS SIVE DIASTOLE.

Eſt cùm ſyllaba naturâ brevis producitur cujuſmodi aliquot exempla commemoravimus, cap. 20. Iliad. 24.

Ε᾽νθορε μείλανι πόντῳ, pro μέλανι.

*Inſiluit in nigrum mare.*

Iliad. 12.

Τρῶες δ᾽ ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

*Troiani obriguerunt, vt viderunt ſerpentem variegatum.*

Et hos verſus brevem in fine habentes vocant quidam μυύρους, ſicut & illos ἀκεφάλους, qui initio brevi conſtant, qualis eſt ille, Iliad. 23.

Ε᾽πειδὴ νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον ἵκοντο.

*Poſtquam ad naves & Helleſpontum venerunt.*

Aut cum eadem conſonans geminatur ἐτέλεσσα, ἐγέλασσα, ἔφρασσα, φρασσάμενος, & in alijs multis, de quibus ſæpe in hoc toto opere meminimus.

## PROTHESIS.

Litera vel ſyllaba principio dictionis addita; λελαθὼν pro λαθὼν, λέλαθον, λελαθόμην, pro ἔλαθον, ἐλαθόμην, à λανθάνω, *lateo*. τεταγὼν, pro ταγών. à τάζω, *apprehendo, accipio*. σμικρὸς, *parvus*. μικρὸς ὤλα, *perij*. ὄλωλα, ὦπα, *vidi*. ὄπωπα, & ſic in alijs quam plurimis de quibus paſſim in Grammaticâ.

## EPENTHESIS.

Eſt cum medio dictionis litera aut ſyllaba interjicitur, κεινός, *vacuus*. νοῦσος, *morbus*. pro ὁ κενὸς, ἡ νόσος, ἔλλαβε pro ἔλαβε. ὁππότερος pro ὁπότερος, *vter*. ἀντιῶν, *occurrens*. ἀντιῶσα, ἀντιόων, ἀντιόωσα, μνωόων pro μνῶν, & ita in alijs.

## PARAGOGE.

Eſt cum extremæ ſyllabæ aliquid adjungitur, ἔφησθα, εἴπησθα pro ἔφης, εἴπης, *dicebas, dixeris*. ſic ἦσθα pro ἦς, *eras*. τύπτεσκε pro ἔτυπτε, *verberabat*. ſpectant etiam illa ad paragogen βίηφι παλάμηφι, στρατόφι, & ſimilia, de quibus in Grammaticâ.

## APHÆRESIS.

Eſt cum litera vel ſyllaba principio dictionis ſubtrahitur ὁρτὴ pro ἑορτὴ *feſtum, feria*. ἱρὸς,

pro

pro ἱερὸς, *ſanctus*. αἶα pro γαῖα, *terra*. κεῖνος pro ἐκεῖνος, *ille*. λάβον pro ἔλαβον, *accepi*.

## SYNCOPE.

Syncope literam vel ſyllabam è medio dictionis ſubtrahit, εὑράμην pro εὑρησάμην, *inveni*. ἐγένατο, ἐγεννήσατο, *natus eſt*, *genuit*. κέρατος, κέραος, κέρως, *cornu*. & id genus alia vbique obvia.

## APOCOPE.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, δῶ pro δῶμα, *domus*. ποσειδῶ pro ποσειδῶνα, *Neptunum*. ἱδρῶ pro ἱδρῶτι, *ſudori*. αἶα ſeu αἶαν pro Αἴαντος, *Ajax*. & ſimilia.

Differt Apocope ab Apoſtropho quod in illa vocales & conſonantes & integræ ſyllabæ, in hac tantùm vocales & diphthongi & quidem non omnes tollantur, præterea apoſtrophus certo quodam notatur ſigno, apocope nequaquam.

## ANTITHESIS.

Antitheſis (nonnulli ἀντίστοιχον vocant) eſt literæ commutatio, πόρσω pro πόῤῥω, *procul*. θάλαττα, *mare* pro θάλασσα, & id genus non pauca.

## METATHESIS.

Eſt literarum ordo immutatus, ἕρξω, *faciam*. pro ῥέξω. ἔπραθον pro ἔπαρθον à πέρθω, *vaſto*. ἔδρακον à δέρκω, *video*. καρτερὸς pro κρατερὸς, *fortis*. κάρτος pro κράτος, *robur*.

CAPUT

## CAPVT XXXII.

# DE PATRONYMICIS.

PATronymica ferè Poëtarum propria ſunt, de quibus, cum in Grammaticâ nihil dixerimus, hic vbi prima poëſeos Græcæ Rudimenta tradimus, aliquid dicendum videtur.

Patronymica aut maſculina ſunt aut fœminina.

Maſculina deſinunt in δης vel ων, πριαμίδης, *Priamides*. Αἰακίδης, *Æacides*. πηλείων, *Pelion*.

Fœminina exeunt in ας, ις & νη. ἰλιάς, Ἀτλαντιὰς, τυνδαρὶς, ἀδραςίνη, ἀκρισιώνη, ἰκαριώνη.

Maſculina in δης formantur partim à genitivo, ſi primitiva ſint tertiæ ſimplicium, πρίαμος, πριάμου, πριαμίδης. Αἰακὸς, αἰακοῦ, αἰακίδης: partim verò à dativo, ſi primitivum ſit quintæ declinationis, Νὲςωρ, Νέςορι, Νεςορίδης. Ἀμφιτρύων ἀμφιτρύωνος, ἀμφιτρυωνιάδης, quæ epentheſis etiam in alijs vſitata eſt, vt τελαμωνιάδης, λαομεδοντιάδης. πηλεὺς, πηλέϊ, πηλεΐδης & craſi πηλείδης. Et Jonicâ dialyſi, πηληΐδης, & interpoſito α, πηληϊάδης. *P*artim formantur à Recto nominum primæ ſimplicium. ὁ αἰνείας, ὁ αἰνείδης, ablato α, Jonicâ dialyſi, αἰνηΐδης. ὁ λαέρτης, λαερτιάδης, interpoſito α, οἱ ἱπποτης, ἱπποτάδης, ης mutato in αδης.

Illa

Illa in ων vt πηλείων, κρονίων, ſunt Jonica, & formari poſſunt ab illis in είδης, Α᾿τρείδης, Α᾿τρείων, vel abſolutè ex ſuis primigenijs, vt ex κρόνος, κρονίων, ἰαπετὸς, ἰαπετίων.

Sicut autem apud Latinos Iapetionides longius à normâ receſſit, ſic & apud Græcos.

ANNOTATIO

Aliqui addunt patronymica in ιος, vt τελαμώνιος Αἴας, ſed ipſa forma & appoſitio & ſubſtantivum ſatis indicat, talia eſſe adiectiva & non patronymica.

Fœminina in ις & ας fiunt à maſculinis in ιδης extrita ſyllaba δη, πριαμίδης, πριαμίς. τυνδαρίδης τυνδαρίς. Α᾿τλαντιάδης, Α᾿τλαντιάς. ἰλιάδης, ἰλιάς.

Illa verò Αἰνηΐς, Α᾿χιλληΐς à maſculinis in ηΐδης ablata ſyllaba δη, Α᾿χιλληΐδης, Α᾿ινηΐδης, pro Α᾿χιλλείδης. Αἰνείδης. Interponitur autem aliquando α, vt in primo Iliadis verſu, πηληϊάδεω.

Fœminina in ινη deducuntur à genitivo ἄδραστος ἀδράστου, Α᾿δραστίνη, ſic Α᾿κρίσιος, Α᾿κρισίου, Α᾿κρισιώνη.

Sunt autem multa alia fœminina, quæ formam quidem patronymicorum habent, re autem vera gentilia ſunt, aut pro poſſeſſivis adiectivisque nominibus ponuntur, de quibus omnibus Emmanuel, quem etiam adibis, ſi plura de patronymicis cupis. Nam regulæ Latinorum de his nominibus ferè ſunt communes Græcis.

## *CAPVT XXXIII.*

# DE NOTIS ARITHMETICIS GRÆCORUM.

LOco notarum Arithmeticarum vtuntur Græci literis tripliciter. Primò, ſingulis Alphabeti literis ſecundum ordinem ſui loci numerum ſignificantibus, quo pacto α numerum primum; β ſecundum; γ tertium, & ω vigeſimum quartum ſignificat. Hâc numerandi ratione diſtincti ſunt viginti quatuor libri Iliadis, & totidem Odyſſeæ Homericæ. Hinc Iliad, κ, decimum; Iliad. ψ vigeſimum tertium Homeri librum denotat. Et hunc numerandi modum adhibuerunt alij quoque Græcorum in diſtributione ſuorum librorum.

Secundò vtuntur Græci toto Alphabeto in tres claſſes diviſo, quarum prima eſt vnitatum ab α vſque ad jota, excluſivè, hoc tamen charactere ϛ, vel, vt alij volunt ϝ. poſito inter ε & ζ pro numero ſenario. Altera claſſis eſt denariorum à κάππα vſque ad ρ, hoc tamen ſigno ϟ vel ϙ inter π & ρ pro numero nonagenario collocato. Tertia claſſis eſt centenariorum à ρ vſque ad finem alphabeti, hac tamen nota ϡ, vel vt alijs placet, hac, ϡ pro numero nongenteſimo

teſimo addita. Et his tribus claſſibus continentur vnitates, decuriæ, centuriæ, vſque ad chiliades, quæ & ipſæ iiſdem ſcribuntur numeris, niſi quod illa non ampliùs notantur acuto acuto accentu in dextri lateris ſuperiore parte, α', β', γ', δ', ε', ϛ', ζ', 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, ſed in inferiore ſiniſtri hoc modo, ͵α, ͵β, ͵γ, ͵δ, ͵ε, ͵ϛ, ͵ζ, ͵η, ͵θ, ͵ι, ͵κ, ͵λ, ͵μ, ͵ν, ͵ξ, ͵ο, ͵π, ͵ϙ, ͵ρ, ͵σ, ͵τ, ͵υ, ͵φ, ͵χ, ͵ψ, ͵ω,

1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000 7000. 8000. 9000. 10000. 20000. 30000. 40000. 50000. 60000. 70000. 80000. 90000. 100000. 200000. 300000. 400000. 500000. 600000. 700000. 800000. 900000.

Eſt autem obſervandum multos eſſe, qui α, β, γ, & reliquas literas cum vnitates, decurias, & centurias ſignificant, nullo accentu notent, ſed ſolas nudasque ponant, cum autem chiliadum notæ ſunt, jota ſingulis ſubſcribant. Itaque ᾳ ſecundum iſtos, millenarij numeri ſignũ eſt, ͵β, bis millenarij, & ita deinceps, alij tamẽ acutum tonum, eo, quo dictum eſt, modo, notis illis appingunt, quos ſatius eſt ſequi. Et hæc de literis minuſculis, quas Græci adhibent pro numeris.

Majuſcularum aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices, ſeu alias in ſeſe incluſas habentes, ſimplices ſunt ſex, Ι, Π, Δ, Η, Χ, Μ, quarum prima

eſt

eſt nota vnitatis. Secunda quinarium nume-rum ſignificat. Tertia denarium. Quarta cen-tenarium. Quinta millerarium. Sexta decies millenarium. Eſt autem vnaquæque ejus nu-meri quem denotat, litera initialis; Π nimirum τῆς πεντάδος. Δ τῆς δεκάδος, X τῆς χιλιάδος, M τῆς μυριάδος, exceptis I & H, quarum Illa ſignũ eſt μονάδος hæc, ἑκατοντάδος. Omnes etiam præter Π vſque ad quinarium numerum ſive per ſe ſive alijs adjunctæ multiplicantur, vt I. II. III, IIII. 1, 2, 3. 4. Δ, ΔΔ, ΔΔΔ, ΔΔΔΔ; 10, 20, 30, 40, H, HH, HHH, HHHH. 100, 200, 300, 400. X, XX, XXX, XXXX. 1000. 2000. 3000. 4000. M. MM, MMM. MMMM. 10000. 20000. 30000. 40000.

Duplex & quæ alias incluſas in ſe habet, eſt vnica Litera Π, ea interdum in ſe habet Δ, interdum X, interdum H, interdum etiam M, denotatque numerum cujus Litera incluſa nota eſt, quinquies auctum & multiplicatum |Δ| ſignificat quinquaginta, |H| quingenta, |X| quinque millia |M| quinque Myriadas. Vtuntur autem Latini quoque Majuſculis Literis ad numeros deſignandos, his videlicet ſeptem, I, V, X, L, C, D, M, prima vnitatem ſignificat, ſecunda, numerum quinarium; tertia, denarium; quarta, quinquagenarium; quinta, centenarium; ſexta, quinquagenarium; ſeptima, millenarium, ſed hæc

omnia

omnia ſequens tabula numerorum ſeriem continens, numeris Latinis ex altera reſpondentibus, clarius fortaſſis ob oculos ponet.

| | |
|---|---|
| I, ά, ἕν. | *I, 1, Vnum.* |
| II, β', δύο. | *II, 2, duo,* |
| III, γ', τρία. | *III, 3, tria.* |
| IIII, δ' τέσσαρα. | *IIII, 4, quatuor.* |
| Π, έ, πέντε. | *V, 5, quinque.* |
| ΠI, ς', ἕξ. | *VI, 6, ſex.* |
| ΠII, ζ', ἑπτά. | *VII, 7, ſeptem* |
| ΠIII, ή, ὀκτώ. | *VIII, 8, octo.* |
| ΠIIII, θ' ἐννέα. | *IX, 9, novem.* |
| Δ, ί, δέκα. | *X, 10, decem.* |
| ΔI, ἰά, ἕνδεκα. | *XI, 11, undecim.* |
| ΔII, ιβ', δώδεκα. | *XII, 12, duodecim.* |
| ΔIII, ιγ', τρεισκαίδεκα. | *XIII, 13, tredecim.* |
| ΔIIII, ιδ', τεσσαρεσκαίδεκα. | *XIV, 14, quatuordecim.* |
| ΔΠ, ιέ, πεντεκαίδεκα. | *XV, 15, quindecim.* |
| ΔΠI, ις', ἑκκαίδεκα. | *XVI, 16, ſedecim.* |
| ΔΠII, ιζ' ἑπτακαίδεκα. | *XVII, 17, ſeptendecim* |
| ΔΠIII, ιή, ὀκτωκαίδεκα. | *XVIII, 18, octodecim.* |
| ΔΠIIII, ιθ', ἐννεακαίδεκα. | *XIX, 19, novemdecim.* |
| ΔΔ, κ', εἴκοσι. | *XX, 20, viginti.* |
| ΔΔI, κά, εἰκοσιέν. | *XXI, 21, vigintiunum* |
| ΔΔII, κβ', εἰκοσιδύο. | *XXII, 22, vigintiduo.* |
| ΔΔIII, κγ', εἰκοσιτρία. | *XXIII, 23, vigintitria.* |

| | |
|---|---|
| ΔΔIIII, κδ', εἰκοσι-τέσσαρα. | XXIV, 24, viginti qua-tuor. |
| ΔΔΠ, κέ, εἰκοσιπέντε. | XXV, 25, viginti quinque. |
| ΔΔΠI, κϛ', εἰκοσιέξ. | XXVI, 26, viginti ſex. |
| ΔΔΠII, κζ', εἰκοσιεπτά. | XXVII, 27, viginti ſeptē. |
| ΔΔΠIII, κή, εἰκοσιοκ-τώ. | XXVIII, 28, vigintiocto. |
| ΔΔΠIIII, κθ', εἰκοσιεν-νέα. | XXIX, 29, viginti no-vem. |
| ΔΔΔ, λ', τριάκοντα. | XXX, 30, triginta. |
| ΔΔΔI, λά | XXXI, 31. |
| ΔΔΔII, κβ'. | XXXII, 32. |
| ΔΔΔIII, λγ'. | XXXIII, 33. |
| ΔΔΔIIII, λδ'. | XXxIV, 34. |
| ΔΔΔΠ, λέ. | XXXV, 35. |
| ΔΔΔΠI, λϛ'. | XXXVI, 36. |
| ΔΔΔΠII, λζ'. | XXXVII, 37. |
| ΔΔΔΠIII. λή. | XXXVIII, 38. |
| ΔΔΔΠIIII, λθ'. | XXXIX, 39. |
| ΔΔΔΔ, μ'. | XL, 40, quadraginta. |
| ΔΔΔΔI, μά. | XLI, 41. |
| ΔΔΔΔII, μβ'. | LXII, 42. |
| ΔΔΔΔIII, μγ'. | LXIII, 43. |
| ΔΔΔΔIIII, μδ'. | LXIV, 44. |
| ΔΔΔΔΠ, μέ. | LXV, 45. |
| ΔΔΔΔΠI, μϛ'. | LXVI, 46. |
| ΔΔΔΔΠII, μζ'. | LXVII, 47. |
| ΔΔΔΔΠIII, μή. | LXVIII, 48. |
| ΔΔΔΔΠIIII, μθ' | LXIX, 49. |

| | |
|---|---|
| Δ, ν', πεντήκοντα. | *L, 50, quinquaginta.* |
| Δ I, νά. | *LI, 51.* |
| Δ II, νβ'. | *LII, 52.* |
| Δ III, νγ'. | *LIII, 53.* |
| Δ IIII, νδ'. | *LIV, 54.* |
| Δ Π, νέ. | *LV, 55.* |
| Δ ΠI, νς'. | *LVI, 56.* |
| Δ ΠII, νζ', | *LVII, 57.* |
| Δ ΠIII, νή. | *LVIII, 58,* |
| Δ ΠIIII, νθ'. | *LIX, 59.* |
| Δ Δ, ξ', ἑξήκοντα. | *LX, 60, ſexaginta.* |
| Δ ΔI, ξά. | *LXI, 61.* |
| Δ ΔII, ξβ'. | *LXII, 62.* |
| Δ ΔIII, ξγ'. | *LXIII, 63.* |
| Δ ΔIIII, ξδ. | *LXIV, 64,* |
| Δ ΔΠ, ξέ. | *LXV, 65.* |
| Δ ΔΠI, ξς'. | *LXVI, 66.* |
| Δ ΔΠII, ξζ'. | *LVVII, 67.* |
| Δ ΔΠIII, ξή. | *LXVIII, 68.* |
| Δ ΔΠIIII, ξθ'. | *LXIX, 69.* |
| Δ ΔΔ, ό, ἑβδομήκοντα | *LXX, 70. ſeptuaginta.* |
| Δ ΔΔI, οά. | *LXXI, 71.* |
| Δ ΔΔII, οβ'. | *LXXII, 72.* |
| Δ ΔΔIII, ογ'. | *LXXIII, 73.* |
| Δ ΔΔIIII, οδ'. | *LXXIV, 74.* |
| Δ ΔΔΠ, οέ. | *LXXV, 75.* |
| Δ ΔΔΠI, ος'. | *LXXVI, 76.* |
| Δ ΔΔΠII, οζ'. | *LXXVII, 77.* |
| Δ ΔΔΠIII, οή. | *LXXVIII, 78.* |

| | |
|---|---|
| 𐅄ΔΔΠΙΙΙΙ, οθ'. | LXXVIIII, 79. |
| Δ ΔΔΔ, π', ὀγδοήκοντα | LXXX, 80, octoginta. |
| Δ ΔΔΔΙ, πα'. | LXXXI, 81. |
| Δ ΔΔΔΙΙ, πβ'. | LXXXII, 82. |
| Δ ΔΔΔΙΙΙ, πγ'. | LXXXIII, 83. |
| Δ ΔΔΔΙΙΙΙ, πδ' | LXXXIV, 84. |
| Δ ΔΔΔΠ, πε'. | LXXXV, 85. |
| Δ ΔΔΔΠΙ, πϛ' | LXXXVI, 86. |
| Δ ΔΔΔΠΙΙ, πζ'. | LXXXVII, 87. |
| Δ ΔΔΔΠΙΙΙ, πη'. | LXXXVIII, 88. |
| Δ ΔΔΔΠΙΙΙΙ, πθ'. | LXXXIX, 89. |
| Δ ΔΔΔΔ, ϟ' vel ϛ', ἐννενήκοντα. | LXXXX, 90, nonaginta. |
| Δ ΔΔΔΔΙ, ϛα'. | LXXXXI, 91. |
| Δ ΔΔΔΔΙΙ, ϛβ'. | LXXXXII, 92. |
| Δ ΔΔΔΔΙΙΙ, ϛγ'. | LXXXXIII, 93. |
| Δ ΔΔΔΔΙΙΙΙ, ϛδ' | LXXXXIV, 94. |
| Δ ΔΔΔΔΠ, ϛε' | LXXXXV, 95. |
| Δ ΔΔΔΔΠΙ, ϛϛ'. | LXXXXVI, 96. |
| Δ ΔΔΔΔΙΙ, ϛζ'. | LXXXXVII. 97. |
| Δ ΔΔΔΔΠΙΙΙ, ϛη'. | LXXXXVIII, 98. |
| Δ ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ. ϛθ'. | LXXXXVIX, 99. |
| Η, ρ', ἑκατόν. | C, 100, centum. |
| ΗΗ, σ', διακόσια. | CC, (vel ∽) 200, ducenta. |
| ΗΗΗ, τ', τριακόσια. | CCC, 300, trecenta. |
| ΗΗΗΗ, υ', τετρακόσια. | CCCC, 400, quadringenta. |

| | |
|---|---|
| [Η], φ', πεντακόσια. | D, (vel Iͻ) 500, *quingenta.* |
| Η Η, χ', ἑξακόσια, | DC, 600, *ſexcenta.* |
| Η ΗΗ, ψ', ἑπτακόσια. | DCC, 700, *ſeptingēta.* |
| Η ΗΗΗ, ω', ὀκτακόσια. | DCCC. 800, *octingēta.* |
| Η ΗΗΗΗ, ϡ', ἐννεακόσια. | DCCCC, 900, *nongenta.* |
| Χ, ͵α, χίλια, *mille.* | M, 1000. |
| ΧΧ, ͵β, δισχίλια, *duo millia.* | $\overline{II}$, 2000. |
| ΧΧΧ, ͵γ, τρισχίλια, *tria millia.* | $\overline{III}$. 3000. |
| ΧΧΧΧ, ͵δ, τετρακισχίλια, *quatuor millia.* | $\overline{IIII}$, 4000. |
| [Χ], ͵ε, πεντακισχίλια, *quinque millia.* | $\overline{V}$, 5000. |
| Χ Χ, ͵ϛ, ἑξακισχίλια, *ſex millia.* | $\overline{VI}$, 6000. |
| Χ ΧΧ, ͵ζ, ἑπτακισχίλια, *ſeptem millia.* | $\overline{VII}$. 7000. |
| Χ ΧΧΧ, ͵η. ὀκτακισχίλια, *octo millia.* | $\overline{VIII}$, 8000. |
| Χ ΧΧΧΧ, ͵θ, ἐννεακισχίλια, *novem millia.* | $\overline{IX}$, 9000. |
| Μ, ͵ι, μύρια, *decem millia.* | $\overline{X}$, 10000. |

Si quis vlterius progredi velit in numeris, facilè ex dictis intelliget, quo pacto colligendi & componendi ſint, quemadmodum etiam tunc, cùm quis Annos CHRISTI deſignare

 volet,

volet, vt hunc præſentem 1593. denotare enim illum licebit majuſculis Χ, , Η| |Δ| ΔΔΔΔΙΙΙ. & minuſculis ,α, φ', ϛ', γ'.

---

## CAPVT XXXIV.

# DE MENSIBUS GRÆCORUM.

DUodecim habebant Attici Menſes, vt & Romani, hoc tamen diſcrimine, quod Menſes illorum eſſent lunares, horum ſolares, vnde exactè cum Latinis non conveniunt, & vt maximè convenirent, non tamen ſatis exploratum eſt, qui Græci quidem Latinis Menſibus reſponderint, aut etiamnum reſpondeant, de quo variæ extant eruditorum ſententiæ, vulgò ita ordinari, & Latinis menſibus opponi ſolent.

ἑκατομβαιών, Junius, dictus ab Hecatombis ſacrificijs, primus anni menſis, inchoabant enim Attici annum ab æſtivo ſolſtitio, quod in Junium incidit.

Μεταγειτνιών, Julius, à Metagitniis Apollinis ſacris.

Βοηδρομιών, Auguſtus, à Boëdromijs ſacris.

Μαιμακτηριών, September, à Mæmacta, quod rubidum aërem ſigni ficat.

Πυανε-

Πυανεψιὼν, October, ſic dictus à feſto, quod agitabatur frugibus terræ jam collectis, & conditis. Vide Plutarchum in Theſeo.

Α᾽νθεςηριὼν, November, dictus quod ἀνθέων ϛερέττιν γῆν, quod terram floribus ſpoliet.

ποσειδεὼν, id eſt, Neptunius, December.

Γαμηλιὼν, Januarius, à Junone, quæ præeſt nuptijs.

ἐλαφηβολιὼν, Februarius à venatione cervorum.

μενυχιὼν, Martius, à Munychijs Dianæ ſacris.

θαργηλιὼν, Aprilis, à Thargelijs feſto die, quo primitiæ frugum Dijs offerebantur.

σκιῤῥοφοριὼν, Majus à ſacris vmbraculis.

Vtuntur etiam Græci nominibus menſium Latinorum. Ιανȣάριος, φεβρȣάριος, Μάρτιος, Α᾽πρίλλιος, Μάϊος, Ι᾽ȣνιος, Ι᾽ȣλιος, Α᾽υγȣςος, Σεπτέμβριος, Ο᾽κτώβριος, Νοέμβριος, Δεκέμβριος.

Dividunt autem Græci menſes ſuos in tres Decades ſeu decurias. Primam vocant μηνὸς ἱϛαμένȣ ſeu ἀρχομένȣ, (quaſi menſis ſtantis vel incipientis) Secundam vocant μεσȣ̃ντος, vel ἐπὶ δεκάδι (quaſi medij menſis, vel ſupra decadem) Tertiam vocant φθίνοντος μηνὸς, vel παυομένȣ, vel λήγοντος, vel ἐπὶ εἰκάδι) quaſi ev anescentis, vel ceſſantis menſis, vel ſuprà viceſimum

mum diem (Quæ omnia in hac tabella vides.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1. | Νουμηνία | | Calend. | |
| 2. | δευτέρα | | IV. | Nonas. |
| 3. | τρίτη | | III. | |
| 4. | τετάρτη | ἱσαμένου vel | Pridie. | |
| 5. | πέμπτη | ἀρχομένου μη- | Nonæ | |
| 6. | ἕκτη | νός. | VIII. | |
| 7. | ἑβδόμη | | VII. | |
| 8. | ὀγδόη | | VI. | |
| 9. | ἐννάτη | | V. | Idus. |
| 10. | δεκάτη | | IV. | |
| 11. | πρώτη | | III. | |
| 12. | δευτέρα | | Pridie. | |
| 13. | τρίτη | | Idibus | |
| 14. | τετάρτη | | XVIII. | |
| 15. | πέμπτη | μεσοῦντος | XVII. | |
| 16. | ἕκτη | μηνὸς ἢ ἐπὶ | XVI. | |
| 17. | ἑβδόμη | δεκάδι, ἢ ἐπὶ | XV. | |
| 18. | ὀγδόη | δεκάτῃ, ἢ ἐπὶ | XIV. | Kalen. |
| 19. | ἐννάτη | δέκα. | XIII. | |
| 20. | εἰκὰς ſeu εἰκοστή. | | XII. | |
| 21. | δεκάτη | | XI. | |
| 22. | ἐννάτη | | X. | |
| 23. | ὀγδόη | | IX. | |
| 24. | ἑβδόμη | φθίνοντος | VIII. | |
| 25. | ἕκτη | μηνός. | VII. | |

26. πέμ-

| | | |
|---|---|---|
| 26. πέμπτη | VI. | Kalend. |
| 27. τετάρτη | V. | |
| 28. τρίτη | IV. | |
| 29. δευτέρα | III. | |
| 30. ἕνη ϗ νέα | Pridie. | |

In decade μηνὸς φθίνοντος vtuntur, vt vides, Græci ordine retrogrado numerorum, ſicut Latini in ſuis Nonis, Idibus, & Kalendis.

Poteſt tamen ordo etiam verus & naturalis numerorum ſervari hoc pacto.

| | |
|---|---|
| 21. πρώτη | ἐπὶ εἰκάδι, vel μετὰ εἰκάδα, vel ἐπὶ εἰκοστῇ, vel ἐπὶ εἴκοσι. |
| 22. δευτέρα | |
| 23. τρίτη | |
| 24. τετάρτη | |
| 25. πέμπτη | |
| 26. ἕκτη | |
| 27. ἑβδόμη | |
| 28. ὀγδόη | |
| 29. ἐννάτη | |
| 30. ἕνη καὶ νέα | vel τριακάς, vel τριακοστή. |

Prima dies menſis dicitur Νουμηνία, Neomenia, quia novilunium in illum incidebat. Decima quinta vocatur ab Heſiodo μέση, quia medium obtinet locum inter dies menſis. Trigeſima appellatur ἕνη, ſeu ἕνη καὶ νέα, vetus & nova,

ſubau-

ſubauditur enim vox ἡμέρα, quia erat vltima lunæ decreſcentis, & prima accreſcentis, novilunium enim ſæpè illa ipſa trigeſima; die inchoabatur, ſed quid ſi menſis habeat triginta & vnum dies, vt nonnulli apud nos? quid ſi pauciores triginta, vt Februarius, qui tantùm 28. vel 29. diebus conſtat? Reſpondeo, poſt εἰκάδα ſeu εἰκοστὴν, dicendum eſſe ἑνδεκάτη φθίνοντος, vel ἑνδεκάτη ἐπὶ εἰκάδι, eritque vigeſima prima menſis, ſicut δεκάτη φθίνοντος, vigeſima ſecunda, & δευτέρα φθίνοντος, trigeſima; ἔνη καὶ νέα, trigeſima prima. At in Februario ὀγδόη φθίνοντος erit 21. δευτέρα φθίνοντος, 27. ἔνη καὶ νέα, 28. Secundum alterum numerandi modum, qui non eſt retrogradus, non dicetur in Februario 28. dies, ὀγδόη ἐπὶ εἰκάδι, ſed poſt 27. qui eſt ἑβδόμη ἐπὶ εἰκάδι, ponetur ἔνη καὶ νέα, & in menſe qui vno & triginta diebus conſtat, trigeſima vocabitur δεκάτη ἐπὶ εἰκάδι. ſeu abſolutè τριακοστὴ, ſeu τριακάς. Ex his facile erit colligere, quomodo ſubſcriptiones, & temporum notationes conſignandæ ſint in epiſtolis, & alijs id genus ſcriptis, quibus annum, menſem, diem adjicere ſolemus, vt ἔγραψα ταῦτα ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας ͵α, φ', ϟ', γ'. τῇ ἐννάτῃ μεσοῦντος μηνὸς ἑκατομβαιῶνος ἐν τῷ Ἰγγολσταδίῳ τῶν Βοΐων. Quin etiã Græci Latinorum ſupputationem, & numerandi ra-

di rationem non raró ſequuntur; πρὸ δ΄ νοννῶν Ἀπριλλίου. Quarto nonas Aprilis, hoc eſt, die ſecundo. πρὸ ε΄ νοννῶν μαρτίου, quinto Nonas Martij id eſt, tertio die Martij. πρὸ η΄ εἰδῶν ἰουνίου, Octavo Idus Junij, id eſt, ſexto die. πρὸ καλανδῶν ιθ΄ σεπτεμβρίου, decimo nono Kalendas Septembris, id eſt, decimo quarto die Auguſti. ἐν ταῖς καλάνδαις τοῦ Μαΐου, Kalendis Maij, id eſt, prima die Maij. εἰδοῖς μερτίαις. Plutarch. Idibus Martij. 15. Martij. Idem, εἰδοῖς σεπτεμβρίαις. Idibus Septembrib. 13. Septembris. *Sicut* porró latinè interdum dicimus decima Martij, vigeſima, vigeſima prima, trigeſima, ita & Græcè dicere licebit, τῇ δεκάτῃ, τῇ εἰκοστῇ, τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ, τῇ τριακοστῇ τοῦ μαρτίου.

*LAUS DEO VIRGINIQUE MATRI.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0159-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0160-3



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0161-9

Contra est
quod oes ita exprimantur, quae legibus scripta sunt;
quod vincit intellectu a verbo sed aliqua
ex parte exprimit.

Rhetorica
Rhetori ... ma
Rhetorica

Rhetorica

praeteritio
posse hic multa dicere sed relinquo
aliquem accusationibus dicendo illa quae dicta sunt

Rhetorica



mora

Omnes figuræ ſunt aptæ ad amplificationem maxime graviores figuræ;

Fridericus ab Hanecken.

Joachimmus

im

Joachimus

Joach

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0163-0

Propositio ē qua dicitur id quod tota oratione dividetur
D[u]plici modō pōt poni expto ob occulte
Si aperta res, occulte quando ponit unū membrū quo visto
annexū erat alterum quod vult dicere,
Si major propositio dividet in duas partes et dividitur auditor
Aubim intelligat quid Orator dicere velit.

Narratio.

Quando narrat rei totiq seriem.

Navitar dertiat si res nova

An potiora munēq dētur accep[?] ab ambitione an rō

Pare: mali sunt utiles virtuti trita veīq impbiq pbora
debet quā pbit. Stig. k ego ōpposita genus vitiū virtus

Joachimus

Joachimus Fridericus ab Hünecken

Rhetor Anno 1682

consules senatores
cives plebs

Ā comparatione frustra disputatur an litterarū
studia an armorū potiora sint cū utriusq maxima
dignitas emicet, quilitteras quorum inventū sunt
ut ea armorū abutenti opprimunt atq literis

A A A A A A A A A A A

volo vituperare maledicos

Adornare hodie maledicis panegyris.

Ex aliquis bonum est aliquem in statu infelici felicitatis

licem mori dico peius fuisse avarum et divitem mendicum.

Si ponatur paradoxum neminem esse miserum nisi qui velit, ergo

Adam. Propositiones positam esse Metaph. apud doctos, quoniam vobis aquila quae lince et oculis ipsam divinitate attigit et supra humanitatis botturem attollens servata coelorum arcana ad nos revelavit.

Itaque quaestiones definitiva alia generalis

Coniectura: an aliquid sit factum.

Definitiva an pater patria (Dominus Abraham

Crinomenum est id quod orator maxime attendit an elogium

Schematis: nemo filius patrem occidit nisi propter causam.

Rosag est filius ergo

Lobelius est infestator utraque est probanda

est illa causa quam reus desert ut amoveat a se suspicionem criminis.

Est ratio quae adfertur ad ref[…]

Inde oritur iudicatio.

Quando lex scripta habet va[…]

differentia a voluntate scri[…]

est rei esse qualibet differentia nomen aliorum

ro. at.

Quando qui volunt multae causae numquam faciis quod

penitent

gestis multis effectis antonius multa domina fecit multa mala

fecit

quando ponunt multa similitudines si vitia cum parva sunt

et non corrigunt favilla fons languor morbi

ignis febris scientia nisi

Quando afferunt multa exempla studiosus debet diligenter studere

AB 110 27
413
VD 17.
ULB Halle 3
003 644 09X
56

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0165-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0166-7

IACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESV

# INSTITUTIONUM LINGUÆ GRÆCÆ

LIBER TERTIVS.

## DE SYLLABARUM DIMENSIONE.

PRO SCHOLA RHETORICES.

ACCESSIT DISSERATIO, DE PRONUNTIATIONE LINGUÆ GRÆCÆ.

HILDESII.

In Epiſcopali Typographia apud JODOCUM HENRICUM KRAMER. Anno 1669.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-553975-p0167-3